


CIMELIA

0

207



Sztuki piękne № 19.



207

CIMELIA

Autor Libanus

X. a. 1.

Q
fiat
na
lus

De accētū eccle

siasticorū exquisita ratione, scz Lectio/
nali, Epistolari, & Euangelico, Libel/
lus omnibus factis iniciatis, Vicarijs
& Ecclesiæ Ministris, non minus
Vtilis quam necessarius.

Tu quicumq; cupis Missam celebrare canendo,
Et nostro laudes rite sonare Deo,
Est operæ pretium discas (mibi crede) sacerdos,
Quem sibi sacra sonū lectio quæq; petat.
Nam te non, auro et gemmis quum cætera fulgent,
Barbarus accentus, barbara uoxq; decet.
Consona ni fuerit uox, si uel Stentora uincas,
Fit minor offitio gratia, cuiq; sua.
Quare age ut hunc faciliè paruo emas ere libellū,
Qui dat quem teneat dictio quæq; sonum.

אֲזַמְרָה לֵאלֹהֵי בְעוֹדִי

Ἐλάω πῶ θεῷ ἐὼς ὑπάσχω.

Psallam deo meo quam diu sum.

BIBLIOTECA UNIV.



JYVASKYLÄN

Reuerendissimo in christo patri, Domi
no. D. Petro Gamrato Dei gratia Epi/
scopo Craccoui. ac eiusdem academix
Cancellario Meritissimo, Domino suo
Gratiosissimo, M.G.L. presbyter,
sefe unice comendat.

Sepe mecum constitui Reueren. Domine congratulandi
gratia, & cui ut bene precarer, accedere Amplitu.
tuam, & coram p[ro]fiteri, etiam in eorum me esse numero,
qui paternitati tue toto pectore sunt addicti. Sed uenit
in mentem scripturae locus, scilicet non apparebis in conspe.
meo uacuis. Id quod munusculo aliquo, saltem cartaceo,
a p[ro]fessione mea non alieno, efficere parabam, conciliandae
mibi R. P. tuae gra[ti]ae. Cum quod principibus placuisse uiris,
non ultima laus est. Tum quod omnium, nihil nobis minus mo
lestum est, et contendimus ardentius, etiam senes, quam cuius
esse uis nobis amoris natura. Nam senectus Autore Ci. non mo
do languida atque iners non est. uerum etiam operosa, & semper
aliquid agens & moliens, tale scilicet, quale cuiusque stu
dium in superiore uita fuit. Quare hunc de ratione accens
tus ecclesiastici libellum. P. T. dicare decreui, Tamen si Am
plitudini tuae, nihil satis dignum, etiam quicquid potest mea
tenuitas, neque ob id metus est, ne munusculum hoc nostrum
qualecumque sis aspernaturus. Quandoquidem in Regijs & Prin
cipum aulis, & qui uerrunt, & qui coquunt & infima miste
ria pagunt, habetur honesti. Ceterum in domo dei, quae sunt
Etia

tio fastidienda uideri potest. Nos rudera comportamus
sed ad structuram templi dei, alij locupletiores, iuxta di-
ctum Horatij, adferent.

Gemmas marmor ebur, tyrrhena signa tabellas.

Argentū uestes. getulo murice uin etas.

Nos tenues homunculi, qualescunq; materias, ne nihil cō-
ferremus mittere studemus, Vile quidē munusculū, sed un-
de. (nisi me fallat animus) Chri templo, cuius Antistite agis
nō nihil splendoris & utilitatis sit accessurū. Quod si sum-
mus ille Sacerdos & Pontifex Christus, duobus illis uide-
minutulis æquauerit


Nil

Diuitia possūt Regales addere maius.

Eodem poeta teste, Admitte igitur Reue. Do. hęc sacra-
rū litterarū fragmēta, sed talia, sine quorū noticia, haudo
quaq; ad propriū & natiuū accentū, redgi possūt Eplē
& Euāgelia, Porro, certissimā in spē uocor, ut R. P. T.
Egregia uirtutis exēpla, que ptim in hoc libello capiuntur,
etiam posteritati cōsecrētur. Quotquot enī deo ppitio, ad
meliorē frugem, huius lectione peruenerint. Reuerendissimē
Paternitati tuæ. totū acceptum referent, et te uirū omniū
litterararū peritia clarum, in rebus agendis diu uersatum
Regiæ aule precipuū ornamentum. & Ecclesiastice di-
gnitatis unicū fastigiū, sumis laudibus uehent & extollēt,
non quod Reuerendissima Paternitas Tua, quicquam hui-
us rei, uel postulet, uel expectet, Egregia nanq; uirtus,
abunde seipsa contenta est, non refert illius cui debent, ac
nostra refert ne parū memores, parumq; grati uideamur
In primis Deo Optimo Maximo. qui te elegit, & Ecclesie
sue speculatorem, ac uigilem gr̄a gis sui pastore cōstituit.

A ij qui

qui solus operatur omnia in omnibus, Chrus Dominus. qui
in te cepit opus bonum, ille seruet & augeat Am-
plitudinem tuam, in hac uita & in futura, ad suam
gloriam, anime tue salutem & totius cleri &
populi tibi subiecti consolationem & singu-
ulare gaudium, ut cum uenerit,
immarcescibilem accipias
Coronam.



Encomium Accentus.

Quantā utilitatē, Ecclesiæ ministris notitia accentuū conferat, nō est dictu facile, p quos, nedū omnis lectio literaria regulat, verū etiā omnis sermo noster, audientiū auribus, gratior acceptiorq; reddit. Quid enī pdest grāmatico præcor, oēs dictiōes, p suas orationis partes posse inflectere? quid illas in arctissimū regimē, & structuram congruā iuuat intorquere nisi easdē legitimus accentus artificiosaq; p̄nuntiatio, distinguat & moderetur, aut gratior omnibus, intelligibiliorq; sua fiat oratio. Quo fit (quod aliorū pace dixerim) ut legitimū accentū, debitāq; p̄nunciacionē, sine esse grāmaticalis artis, ausim dicere.

Quare exercenda erit vox & pronuntiatio a pueritia, debitiscq; ac castigatis rationibus in formāda, quando vel attolli, vel moderari, vel deprimi debeat, vbi suspendendus sit spiritus, vbi claudendus sensus, vnde incipiendū ut distincta sit, ut sonora, ut robusta, ut pura, ut aperta, ut cū suauitate admixtā grauitatē quandā habeat, vnde, cū huius artis notitia, sit adeo necessaria & utilis, compendiosum hūc libellū, in primis, ad dei, Opt. Max. laudē, & Ecclesiæ ministrorū utilitatē ædere decreuim⁹, quē si accurate diligēterq; perlegerit, vsui & exercitationi mādauerit, abusus multos relin-

A in quent,

quent, natiuos & veros accentus, quarumlibet dictionū addiscēt, & ppe diem, regularissī omnīū vocū & vocabulorum p̄nunciatores & impitorū censores euadent. faxit deus.

Definitio accentus.

¶ Accentus, vt Tortellio placet Est lex siue regula, ad eleuandā deprimendā ve syllabam, vniuscuiusq; particulæ orationis accomodata, & alio nomie apud grecos τὸν ὄρος dicit. Omis- sis definitionibus Prisciani & Isidori. Accentū nōnulli sic definiūt. Accentus est regularis modulatio vocis, in dictione significatiua, adiacēs vni syllabę, scđm̄ eius αὐτῶν ἢ ἑσῶν. id est eleuationē et depressionē. Sed quia hæc definitio ones nō omnia cōtinēt, ad accētū ecclesiasticū req̄sita. Ideo hæc cōueniētiō datur definitio

¶ Accentus est grāmaticalis sermonis scđm̄ distinctionē & paulsam, per vocem plenā debita p̄nunciatio. In qua definitione tria tan- guntur. Primū plena distinctio sermonis, ve scilicet p̄nunciāns, distinguat orationē ab ora- tiōe, sētētiā a sētētia, et clausulā a clausula, alias ei? sermo nō esset itelligibilis, sed penit? cōsul? & insipidus, ad quam rem opus est scire, pun- cta clausulis appropriata singulis, de quibus infra dicemus.

¶ Alterū quod accēt? requirit, est debita & artificiosa paulsatio, opere em̄ precīū est in ac-
centu

157
centu ecclesiastico seruare legitimā pausam;
vt scilicet suspendamus spiritū, vbi est suspen-
dend⁹ & continuem⁹ vbi est continuandus.
Alias nescio quid præter garrītū effundimus
& inutilē sermonē dispargimus, & hæc quoq;
cōditio punctorū requirit noticiā.

¶ Tertiū est vocis nostre condecēs eleuatio,
& depressio. Nam qui semper vno duntaxat
sono verba sua pronūctiat, perteros et oscitan-
tes auditores facit. (iuxta illud horatij aut dor-
mittabo aut ridebo) quos in primis, varietas
capit & delectat, Authore Plutarcho, qui in-
quit Amæna vsquequaq; varietas. Vnde dū
necesse fuerit, cōmutatiōes vocis faciam⁹. Nā
alia debet esse vox sermonis interrogatiui, alia
responsiui, alia exclamātis, &c. Ne veluti bo-
ues eodē mugitu, sic nos semper eodē sono, ne
dicā murmure vtamur.

¶ Dictū est in definitione accentus, accentus
est debita pnunciatio vniuscuiusq; syllabæ.
Quare sciendū qd in arte triplex reperitur p-
nunciatio scilicet, Mellea, Metrica, & Prosaica
(Mellea) nam dicimus Mellea vox, Melle⁹ pu-
er) Mellea (inquā) est illa, que attenditur in p-
portione cantus, triū, quatuor, aut pluriū vo-
cū, sic dicta, Nam sicut mel, dulce est in sapo-
re naturali, sic melodia dulci, singulari læticia
excitatur, & quandā suauitatē animi concia-
A iij pism

pim⁹. Constat enim vita hominis in æquatif-
sima pportione, Quare in omnibus pportio-
nibus, suscipit animi quandā delectationē, &
hec pñunciatio spectat ad musicos. Metrica
pñunciatio, Est ea, quæ in scāsiōne metrōrū
attenditur, cui accidit numerus syllabarū: rē-
pus ^{ἀριστήθειος} eleuatio & depōsiō. Reso-
lutio: cū duas breues in unā longā resoluim⁹
& econuerso, & alia plura, & de his duabus
pñunciacionibus nihil ad ppositum

¶ Tertia dicitur pfaica, que attenditur in cō-
muni sermone, et illi adiacet accentus. Nō ta-
men hoc negarim, q̄ accentus pfaicus & me-
tricus, hñt fieri circa idē, scilicet quātitatē, nam
ubicunq; est quantitas, ibi & accentus repit,
q̄uis nō etōuerso, multe em̄ sūt dictiōes, quæ
eleuātur p accentū, que rursus deprimūtur p
quantitatē. Proinde erraueris, si idem dixeris
longū & accutū, graue & breue, aut si quid
aliud est huiusmōi longius hæc oportet aga-
mus, q̄ vulgus grāmaticorū, inepte in hac re
versetur. Nō omnes acute longe sunt. virgili⁹,
Virg. longa est, nō acuta, nec omnes acute lō-
ge sūt, Virgilius, gi acuitur, etiā si breuis sylla-
ba. Plerūq; latini homies, philosophia, i acuta
dicimus, ita theologia, profodia, non quod
censeamus i longum esse, sed quod acuatur,
atq; id solum isto pñunciatur mō, nō latino

sed

156
sed græco, porro, græce sunt dictiões: nec adeo
romanis attrite linguis, vt exuerit genuinū ton
nū. Proinde, si accētū in penultimā retraxeris,
latine pronūctiabis.

¶ Dicitur autē accentus, quasi ad cantus, hoc
est iuxta cantū (sicut aduerbiū iuxta verbū)
quia ad cantilenā vocis, facit nos cognoscere
syllabas. Hunc græci προσώδιον vocāt, fit autē
profodia, ἢ πρόσ greca præpositione, que signi
ficat ad: & ὡδή cantus, vnde accentus, a latinis
etiā tonos & tenor dicit, quia ibi sonus incipit &
definit. Definit a quibusdam, quod sit anima verborū,
ab alijs quod sit vox syllabe. Hos veteres, nūc
moderamēta, nūc accētiunculas nunc vocue
lationes appellabāt.

¶ Id quod notandū, quod nulla, nec latinis, nec
græcis dictio, duobus principalibus est insigni
ta tonis et sua natura, Sed enclitice (.i. inclina
tiue) particulae tonus, in finē superioris vocis re
flectitur, sed nō est genuinus, sed asciticius, siue
accessorius syllabe, id quod citra vocis eius na
turam sit, vt est Dominus Dominusque, Octa
uianus Octavianusque.

Accentus diuisio.

¶ Est autē triplex accentus, Prisciano & Isido
ro testibus, Acutus, Grauis, & Circumflexus.
Acutus est, dicitur quod acuat syllabam & eris
gat, hic vltimam penultimā & antepenultimā
syllabam

syllabam possidet.

¶ Grauis, ac ideo sic dictus, q̄ deprimat aut deponit syllabā, acuto cōtrarius. Hic omnib⁹ syllabis est, quæ nullo alio tono, acuto aut circūflexo insigniūtur, nec scribit̄ vnq̄ sua vice. Dominus, mi nus grates sunt, nullis insignitæ tonis.


¶ Circūflexus aut̄ dicit̄, qui ex graui & acuto constat Incipiens em̄ ab acuto, in grauē de-^{parat} ^{lexou} ~~scit~~ & ita, cū dep̄mit & acuit, syllabā circūflex⁹ efficit. Discāt ergo quorū interest, quaten⁹ fieri potest, aliquod p̄nunciando discrimen. Quāuis em̄ circūflexus syllabā eleuare dicit̄, tñ pprie nō eleuat, sed tardat. Ideoq̄ arcu, q̄si mollioris p̄nūctiatiōis notula scribitur sic — vel sic 7.

¶ Hic ab ecclesiasticis, cantū Gregorianū tenentibus, nescio quo iam pridem patrato scelere, reiectus a cōnōbitis quibusdam, presertim Cisterciensibus, susceptus, quorū adhuc in ecclesijs, celebris existit, Nam vt primo Tristitū dixit Ouidius, Sæpe premente deo, fert deus alter opem. At nollē āxtus esse de circūflexo, & eius exilio, si nō hoc & mehercle min⁹ digne accidisset accentui medio, Qui hactenus in Polonia a paucis receptus, apud Germanos suos, semp suo fungitur honore, p̄pterea quod graui multū familiaris, nempe cuius an-

A v


teambulo

ambulonē agit, cū illū fere semper nō sine
decore præcedit, vt sequēs ostēdit paradigma




Ecclesi
ca. x

Regnum agente ingentem transfer




tur ppter iniusticias, & iniurias,




& contumelias & dolos. Rex qui

P. xix



iudicat in veritate paupes thronus e



ius in æternum firmabitur

In his duobus exemplis, omnes notę eodē
sono (ne dicā eodem mugitu) continuarentur,
nisi interueniret cōma accentus medius, qui
amanā reddit lectionis varietatem.

Neque hoc sine consideratione trāseundū, in
diuersis Ecclesijs, & maxime Cathedralibus,
varios esse accentus Habet em̄ vnumquodq;
templū: suas consuetudines, suos etiā accentus
quos seruare, nō est reprehensibile, dūmodo
debita quātitate merianē, & a regulis dictis, &
infra dicendis nō discordāt, proinde nō mirū,

si præ

si predictis tribus accentibus, moderatū & mediū adiūgimus, nō em̄ grāmaticū hoc loco sed ecclesiasticū tractamus accentū, ppter des Ecclesia corē in laude dei seruandū. Est autem ecclesiasticus ac asticus, Melodīa quarūlibet dictionū syllabas centus, iuxta accentus sui naturalis exigentiam, regulate pnūctians.

*si in domo
si in ecclesia
si in templo
si in monte
si in valle
si in campo
si in monte
si in valle
si in campo*

¶ Accentus grauis due sunt speties. Prima, quando fit depositio, siue depressio syllabę, ab accentu p̄domināte in tertiam, & hic accentus a musicis vocatur mediū, & habet fieri cū alias, tū maxie ante grauē, & periodum, in disyllabis & polysyllabis, tm̄, nūq̄ in monosyllabis.

¶ Secundo fit grauis accentus, quando a syllaba in accentu p̄domināte, fit calus ad quī tā, et hic accentus vere grauis dicit̄. Syllaba vero aut accentus p̄dominās: dicitur ille, sup̄ quam vox magis extenditur aut eleuat̄, vt ē penultima aut antepenultima syllabam, verbi gratia.

1818



Acceperunt munera & peruerterunt



runt iudicium.

¶ In hoc exemplo, syllaba mu, in dictione mu

A VI nera

nera, est p̄dominās. in secūda clausula, syllāba diti in dictione iudiciū, est p̄dominans. Sic de alijs dicendum est.

¶ Accuti similiter duę sūt species. Prima cū syllaba ditiōis vltima, ad proximā leuatur notā, scilicet de re ad mi, et est moderatus, vel ad tertiā, de re ad fa, et dicitur acutus, exēpli gratia.



Manus tuæ domine fecerūt me.

Iob x.
Zach. 9



Dicite filię syon.

¶ Nota q̄ quatuor accentus mēorati, in oībus lectionibus & p̄phetijs locū habēt. Grauis tamē, in Eplis & Euāgelys, pprie loquēdo nunq̄. Medius vbi cōsuetū ē. Acutus autē Moderatus & interrogatiuus frequēter. Lectionalis accentus quiq̄ notas tenet, quia de sol ad vt descendit, et hoc apud eos, qui virgulā eleuāt hoc modo.




Genē. 1

Vidit deus cūcta que fecerāt, et erant



rant valde bona,
vel de fa ad fa, apud eos scilicet, qui virgulam
equaliter tenent, sic scilicet.



Vidit deus cuncta que fecerat, &



erant valde bona

¶ Epistolarius aut accentus, quatuor notis p
ficitur, scz sol fa mi re, vt infra patebit. Euan
gelicus vero accentus, tres tantum notas requirit
scz fa mi re. Hunc ambitum quasi prescriptum ser
uant perpetuo, & eum nunquam egrediuntur, sicut
exemplis demonstrabimus.

De pausis sine distinctiōib⁹ quas

sub nomine positurę prisci notificauerunt

¶ Nunc quibus in locis distinctiōes sunt ponē
de dicendū, nō (vt plerique putant) ad placitū,
sed rationibus firmissimis collocandę.

¶ Positura scdm̄ Isidorū. Est quedā figura,
ad distinguendos sensus. p commata cola &
periodos, quę dū ordine suo apponuntur, lecti

onis hęc

ōnis; siue sententiæ sensum nobis ostendit.
Dicitur aut positura, quia punctis positis, ip̄
vox pro diuisionis intervallo deponitur, hæc a
græcis θεσις id est positio dicitur.

¶ Est aut triplex positura, prima est ipsum
κομμα, id est subdistinctio, quod particula mē
bri, siue articulus, aut paruū membrū senten
tiæ dicitur, Comma em̄ in oratione tūc fit, cū
nec pfecta est constructio, nec perfecta senten
tia. Vbi enim in pnunciationis initio, pars se
sus, nōdū plena est, & tamē respirare oportet,
fit comma, id est incisio, vel particula sensus,
ἀπό τὸν κοπιτο. i. incido.

*scilicet non
cessat loqui
respirare*

¶ Secūda positura, vel media distinctio, est
κόλον, quod latine membrum dicitur. Colon
enim ex vno, pluribusue commatibus consti
tuitur. Vbi em̄ sententiā sensū prestat, sed de
sententię plenitudine aliquid deficit, colon dicitur

¶ Tertia distinctio & vltima est, περίοδος (aut
si maus perihodus) latine clausula: ambitus
comprehensio, circumscriptio vel continuatio,
nōnunq̄ amfractus & terminus. Est em̄ vbi
plena sententiā est. Et oritur periodus ex plu
ribus membrīs, cuius partes sunt, cōmata &
cola, quorū diuersitas punctis suo loco positis
demonstratur hoc exemplo.

Quō

*hoc est sententia
composita in
paribus membris
in se colata*

Esaie .i

Quomodo facta est meretrix ciuitas

fidelis plena iudicij? iustitia

habitaui in ea nūc autē homicidæ.

argentū eorū versū ē in scoriam vinū

tuū mixtū ē aqua, Principes tui so-

tij furum omnes diligūt munera

sequūtur retributiones pupillo

nō iudicant & causa vidue non

ingreditur ad illos ppter hoc dicit dominus

*sozia
frumz oxyta
moh galpita
ton in dity
rebo*



dominus exercituum fortis Israel




heu ego consolabor super hosti-




bus meis vindicabor de inimicis



meis et couertā manū meā ad te,




& excoquam ad purū scoriam tuā




& auferā a te omne stānū tuū



& restituā iudices tuos vt fue-



runt prius & cōsiliarios tuos sicut



antiquitus. Ait dominus omnipotens.

B

Sic dile

Sic dilexisti iustitiā? sic odisti iniquitatē? ppter
psal. 44 ea vnxit te deus deus tuus oleo leuiciae pte cō
fortibus tuis, vt munera sup innocētes accipē
psal. 14 res? Ascensor montis dñici, dicit sprūs sc̄tūs
psal. 2 5 debet esse innocēs manibus, & dextera tua re
Esaie. 5 plera est muneribus. Ve (inquit propheta) qui
iustificatis impiū p muneribus, & iustitiam
psalm. 4 iusti aufertis ab eo. Nōne deus requireret ista.
Reuelabitur enim (inquit apostolus) ira dei
Rom. 1 de cōlo sup omnē impietatē et iniustitiā ho
minū eorū, qui veritatē dei in iniustitia detinēt,
Deus misereatur nostri.

¶ Sed vt redeam⁹ vnde digressi sum⁹ p cōma
ta & cola hęc lectio (vt vides) suo loco posita
distiguit, in qua duo vel tria cōmata i. p̄culae
sensus, colon id est mēbrū absoluūt. Hoc idē
fit in orationibus, siue collectis (vt vocant) vt
paulo post ostendemus

¶ Per cōmata etiā intellige minores decisio
nes vt hic, & vocabitur nomine eius admira
bilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri se
culi, Princeps pacis. Per cola vērō maiores de
cisiones & clausulas quasdā, ex duabus, pluri
busue dictionibus constantes. Vt hic, ve geni
ti peccatrici, populo graui iniquitate, semī neq̄,
suis sceleribus, dereliquerūt dōinū, blasphemā
uerūt sc̄tīm israel, abalienati sūt retrorsū.

¶ Huiusmōi cōmata, siue p̄culas, multas le
gimus

mus de Christi genealogia, Qui fuit Heli.
Qui fuit Mathat. Qui fuit Leui. &c. Vbi hæc
clausula, plus quam septuagies repetita legit,
Potest lector, si vsu venerit, vt in tēplo legant
semp duas vel tres clausulas, iuxta capacitatē
spiritus simul legere, distincte tamen & ar-
ticulate. His exemplis, ne plura persequamur
satis aperte lectorē intellecturū existimamus,
iter cōmata & cola, & periodos, quid intersit.

Luce. 33

De punctis.

Puncta suo loco posita, Accentus ostēdūt
omnes Moderatū acutū grauē circūflexū inter-
rogatiū Et hoc, vbi missalia p puncta recte
insignita sunt, Habent em̄ singuli accentus, sin-
gula & appropriata puncta in contextu v̄bo
rū posita. Virgula, quę est linea ad dextrā ele-
uata sic, notas equaliter pnūctiat, vel secūdā
vbi moris est leuat. Cōma duobus punctis
constat hoc mō: & quādoq; p̄ tertiā, nota eius
descēdit, & accentū mediū indicat, Colon, sp̄
p̄ quicā deprimi, sed in fine lectiōis periodus
vocat. Hæc in nostris missalibus, raro aut nū-
q̄ signant. Accentus vero moderatus & acumoderatus,
etiam habent sua puncta, sed que signetur
nō necessaria, sufficienter em̄ indicātur per no-
mina ciuitatū, montiū, ppria, & monosyllaba.
Quia sicut interrogatiū punctū, sp̄ eleuatur
Nota etiā, quod cōma virgula suspensiu' mē-

Virgula.

Cōma.

Colon.

Acutus.

B ij

bril

brum pro eodem accipiuntur.

Duplex legendi modus virgulā

Comma Colon & Interrogatium
iuxta supra dicta, &c.



Virgula. Comma. Colon. Interrogatio.

¶ Et hic est modus legendi eorum qui virgulā, ut supra meminimus equaliter pñūctiāt



Virgula. Coma. Colon. Interrogatio.

¶ Et hic est modus eorū qui virgulam elevāt

De Collecta

¶ Collecta est oratio sup collectū populū facta eius accentus planus est specz eiusdem quasi note. Quarū plerūq; cōmoda breuitate paricq; pspicitate sententiā absoluūt, sic vt periodus, constet fere, duobus membris, quorū vtrūq; potest in duo cōmata diuidi, Et inter duo mēbra intercedat cōma, siue mēbrū solitariū. Deinde succedat coronis, quæ totidē fere partibus cōstat. Per dominū nr̄m Iesū Christum, Etiā si cōmatū & colorū, nec ratio, nec numerus, sic habeat perpetue, quēadmodū dixi, Nulq; tñ nō habent suas perihodos modulatas

162
dulatas. Si requiris exemplū dabo.



Deus cuius prouidentia

Comma est



in sua dispositione nō fallitur
¶ Alterū cōma est absolvens mēbrū prius



te suplices exoramus Tertium
cōma est solitariū, ac dirimens duo mēbra.



Vt noxia queq; subtrahas comma
est primum, secundi membri.



& omnia nobis profutura concedas
comma est absolvens membrum

¶ Deinde sequitur fere totidem v̄bis coronis
per dominū nostrū. &c. sunt oratiōes siue col
lecte, quæ duobus membris constāt. Sed que
possis in quatuor cōmata diduci, precedente
commate solitario, velut hic.




da nobis domie quesumus vt & mūdi cursus
Comma solitarium Sequentia quatuor cō



pacifice tuo ordine dirigatur,

B in mata

mata, cōstitutū r duo membra, deinde sequitur



Et ecclesia tua tranquilla deuo-
coronis,



tione lætetur.

¶ Sunt quæ pluribus cōmatis, cōstant, sunt
quæ paucioribus. Vnde hæc supstititiosius ple
qui, nō est huius instituti. In hūc igitur modū
poterit sibi quisq; deligere, certas præcandi for
mulas, pro concordia, pro pace, pro Rege, sic




Omnipotēs sempiternus deus in cuius



ius manu cūcta sunt posita Corda Reg



um & omnia Regna, Da famulo tuo



Sigilmūdo Regi nrō cū inclyta prole



non affi
bricem,

sua sedium suarū assessoricē sa,



pienciā vt secū sit & secū labo

ret

boret vt sciat quid apud te acceptū sit

omni tempore vt vias tuas custodis

at inimicorū suorū insidias

declinet. Et populū sibi cōmissum, Te

adiutore te duce in pace conser-

uet. Per Christū dominū nostrum.

Hanc per cōmata & cola sic distingue

¶ Omnipotēs sempiternē deus, cōma solitariū

In cuius potestate cūcta sūt posita, Mēbrum.

Corda Regū & omnia Regna, Mēbrum.

Da famulo tuo. S. R. nostro, Mēbrum.

Cū inelyta prole sua.

Sedium tuarū affestricē sapientiā, Cō. Soli.

Vt secū sit & secū labore

Vt sciat quod acceptū sit apud te omni tpe. Mēbrū

Vt vias tuas custodiat,

Inimicorū insidias declinet, Mēbrū.

Et populū sibi cōmissū, Mēbrū

Te adiutore te duce in pace conseruet.

B iij Coronis

¶ Coronis.

¶ Per dominum nostrum. &c. vel p̄ chr̄m. d.

¶ Vides (^{exempli gratia}) Hanc orationem pluribus constare cōmatis, In qua duo cōmata, semp̄ vnū mēbrū cōstituūt, primo & sexto excepto, que solitaria sūt cōmata & quia plurib⁹ cōmatis cōstat, etiā plurib⁹ cōstare mēbris quam duobus aut tribus orationē oportet.

¶ Videmus aut̄ solēnes ecclesie p̄ces, a p̄scais nobis traditas, plerasq; dirigi ad patrē, nō nullas ad filiū, nullas ad spiritū sanctū. In oib⁹ tamē fieri, triū personarū mentionē, id que tāta religione, videmus a veteribus obseruatum vt ne in his quidem, quibus multis vitur in ferijs p̄tecostes, nulla sit, que spiritū. S. appellet. Tanta erat antiquis religio, ne quid auderent, quod diuinis literis nō esset expressū, Ideo fere preces omniū dirigunt ad patrē, quia palā & crebro legimus apostolos admonitos, vt patrē celestē orarēt, sed in nōie filij, & filius in euangelijs loquens frequēter patrē alloquitur, spiritū sanctū promittit, nō orat, Proinde hic sermo nō eo spectat, vt dubitetur, an sit inuocandus Spiritus sanctus, sed vt intelligam⁹ quam anxia fuerit maioribus religio, suscipiēdi, quod autoritate manifesta, sacre scripture traditum non esset, p̄sertim in his, quæ susperant humanum intellectum,

Regula de

Abi tu vise redit in an nondū domū


Regule de accentu lectionali.

¶ Prima regula. Omnis dictio monosyllaba aut ponitur in fine sententię incomplete, scz in subdistinctione, sic moderatur, aut ponitur in fine sententię complete, scilicet in distincti one pfecta. sic acuitur, hoc modo.


Exemplū de imperfecta sententiā.

 2 Cor. 2

Statui autē hoc apud me. Moderat⁹
hic p̄ficitur sententiā



Ne iterū in tristitiā venirē ad vos acutus,
Simile exemplū, ibidem



Si enim ego contristo vos



quis ē qui me letificat nīl q̄ cōtristat̄ ex, me

Lautela.

¶ Quod si inter perfectā sententiā, discernere nō possis, ne sis āxius: p̄nt monosyllaba, indif ferenter, accētū utrūq̄, siue moderatū siue acutū tenere. porro, nunq̄ debet dictio monosyllaba, alio accentu, quam moderato aut acu

B v to p̄nū

to pronuntari.

Bill

¶ Secunda regula, omnis dictio dissyllaba; habet accentū prædomināte in prima syllaba siue illa sit breuis siue longa.

Exemplū primū.

Exemplū secūdu.

Iob 7



Nihil enim sūt dies mei. Et subito p̄bas illū.

¶ Tertia regula, Omnis dictio polysyllaba seruat accentū prædominantē in penultima, si longa est, si autē breuis fuerit penultima, tūc accentus cadit in antepenultimā, siue talis sit breuis siue longa.

Exm̄ primū.

Exm̄ scd̄ū.



Ibidem

Et solū mihi supest sepulchrū. Visitas ea



um diluculo, Inuocātē exaudiuit dom̄s.

¶ Quarta regula, In clausula interrogatiua temp̄ acuit̄ vltima, siue monosyllaba siue dissyllaba, siue polysyllaba fuerit, vt sequentia notis cant exempla.

*de so
colomb
f. 100
f. 101*

Exempla de monosyllaba atq; dissyllaba.



Nūqd̄ tu ex illis es? Quid ē hō?

Exemplum




Job 7

Quid fatiā tibi o custos hominū?

¶ Clausulas interrogatiuas est facile cognoscere. Nam dempto, quod ut plurimum punctū habent in interrogatiū, in fine clausule signatū sic scz? Etiam a dictionibus incipiunt interrogatiuis. scz Quur, Quare, Quō, Quādo. Nūquid, & similibus, quāq̄ audim⁹ hæc, etiam in templis publice, pronūctiatiue legi, non interrogatiue.


scz. An. leg. An. Galus

¶ Quinta regula. Græca, Hebrea, Regum, Ciuitatū, Montium, indeclinabiliter accepta nomina, possunt indifferentē, eosdē accentus assumere in lectionibus, quos habent in psalmo rum medijs versibus. scz moderatū vel acutū Quia eadem dictio, in psalmis aliū accētū habet in medio versu, aliū in fine, vbi gratia. Hæ dictiones Hierusalē Syon. &c. in medio versu eleuantur. in fine deprimuntur. sic scz.



Psal. 137


Benedicat tibi domin⁹ ex syō Et videas bōa



Psal. 132

hierarchical g descēdit in mōtē syon.

Qui habi


Pfal. 134 Qui habitat in ierufalem.

I Declinabiliter autē accepta, quod praro cōtingit, latinarū dictionū retinēt accētū, vt Dauid Dauidis, penultima, producta, Iob Iobis Emaus (triū syllabarū) vel Emmaus Emmauntis, ti, tem, te. Sic Adam Abraam Ioachim Ioseph saul, quibus si addis syllabā, vs, latinam accipiūt declinationē, vt Adamus Abraamus Ioachimus Iosephus Saulus Iacob Iacobus, Noe itaq; apud nos Noheus appellatur.

Ioseph? Nomina siquidē Hebraica, dicit Iosephus primo antiquitatū libro, Græci propter scripturæ decorem, ad declinationē legentiū mutauerūt, Idem dicit Hieronymus sup paulum ad philemonē. Quod Saul (iquit) a nobis Saulus dicitur, non mirū est, hebræa, nomina ad similitudinē Græcorū & Romanorū casuū declinari. Vt sicut p Ioseph Iosephus, pro Iacob Iacobus, Ita p saul quoq; saulus, nostra lingua atq; sermone dicatur. Hęc Hieronymus, quę si legeris inuenies illam trāsmutationem esse bonam, & tolerabilem, Immo fatuū est, vt cum declinationē alicuius vocabuli, in alienam linguam mutauerim⁹, vt vltorius de natiuo accentu quæramus, dum taliter græca cognata latinis

*Si vultis
Sebunā
vultis
vultis
vultis
vultis
vultis
vultis
vultis
vultis
vultis*

latinis mutata, mutant etiā accentū. Testes Diomedes. Marcian⁹ Capella, & ceteri illustres Grammatici.

¶ Sed quō sciam inquis, quādo accentū mutant, aut nō, respondeo, qñ suis scribuntur literis, latinis Græcis & hebraicis, accentū retinēt etiā, latinū grecū aut hebraicū. Aristoteles Origenes, quando latine scribuntur accentū habent: in antepenultima. Sed græce scripta ἀριστοτέλης ὠρίγηνος. penultimā acuiunt. Auctore Tortellio. Sic de cæteris iudicandū.

¶ Sic rursus nōnullę in linguā græcā tractę sunt dictiones latinę, vt apud Mathęum *πραιτόριον κοδραντε* Sic titulus zudariū, quāuis latina. pro græcis tamen vsurpat Ioannes dicens. *Τίτλον ζουδარიων* Quod hæ tres linguę tempore passionis Christi, ut indicat titulus super caput Iesu scriptus, passim essent omnibus cōmunes.

pretorium
quadrante

¶ Hic obiter annotandū duximus, quamuis vocalem ante vocalem breuē dicimus. Hoc tamen est intelligendū in latinis dictionibus, sed demptis externis, puta græcis & hebraicis quę sepius in sacris literis locū habent. vt Helias. Elaias. Hieremias, Malachias, Mathias, Ananias, Zacharias, Thobias, &c. Hęc & aliā multa, quibus vocalem habeant ante vocalem, ab ecclesiasticis penultima producta leguntur,
Sic Sedul⁹

Sic Sedulius, i ante a produxit, cū dixit Helia
corui quondā pauere ministri, in dictione za
charias, i ante a, corripit. Iuencus, dicens, za
charias vicibus, cui templum cura tueri. Sed
alia est lex carminis, alia solute orationis. Item
Michael Raphael, Irael, quāuis a producunt,
ecclesiastici communiter eandē corripunt, iā
quæ diphthongū habent in penultima non est
dubium, quin sint producenda, vt zacheus
Thadæus, Matheus zebedeus, Maccabæus.

¶ Et quia huius nominis Maria, in sacris lit
teris sæpe fit mentio, aliquid de eo dicamus
oportet ex verbis & sententia Illustris Pici
Mirandulæ Qui alibi scribit? Quanc̄ hoc no
mē ad placitū poni dicatur, quia nec grecum
nec latinum est, non secunda pducta ponens
dum videtur, vt pleriq̄ fecere, sed correpta, nō
tamē propter analogiam, vtpote, quia Marius
vnde deducunt, secunda breuis sit, quasi non
antiquius habeat initiū ab hebreis, qui mī iam
dicūt, quod etiā nū, in græca euangelij pagina
seruatū est, in quo pro Maria μαριαμ legitur
vt illud lucę primo, και ὄνομα τῆς παρθένου μα
ριαμ & nomen virginis Mariam, neque enim
hebrei nomina declinant, Quare in græca lin
gua, lucas id ipsū obseruauit nam in nō
Mariam, posuit, sic in vocatiuo, cum ait, μη φο
βῆτε μαριαμ Ne timeas Mariam Quod autem
ad placitū


Picus.

f. 100

ad placitū ponit, testis Sedulius qui mediam
produxit, cū dixit. angelus intacte cecinit pro
perata Marię. tandem corripuit cum dixit,
Quis fuit ille nitor Marię cū christus ab alto
processit splēdore nouo Et claudianus formo
sus Mariam, tamen in canticis ecclesiasticis,
consuetudo obrinuit vltimam produci.

Lautela.

¶ Nunq̄ accentus grauis, immediate post
grauē teneat, nisi cogente necessitate, vtpote,
si tam breuis foret oratio, aut sensus, vt alter
accentus interuenire non possit, vt in his patet
exemplis.



Genē. i

factū est vespere & mane dies secundus



Ge. 22

Dixitq̄ Deus Abraā Abraā at ille



respondit assum ait illi tolle



filium tuum &c.

Sic omnes lectiones sunt incipiendæ.


Inube domine



Iube domine iube domine benedicere.

¶ Concluduntur autem diuersimode omnes lectiones que leguntur in vigilia pasche in vigilia pentecostes, et prophetie in quatuor anni temporibus, Item in matutinis tenebrosis, & in vigilijs defunctorum, sub predictis accentibus quidem quatuor leguntur, sed sub differentia septimi toni concluduntur, similiter que in officio Missae prophetie leguntur, in quibus cumq; festiuitatibus seu diebus (vt vocant) ferialibus, sub differentia septimi toni concluduntur, ad habendam inter epistolam & prophetiam differentiam. Vbi vero ^{prophetia} legitur, epistolari ^{epistole} accentu pronuntiat & concluditur sic scz.

Elaie. 4



A turbine et a pluuia a turbie & a pluuia

Gene. 2
Iob. 14



Et habitauerunt ibi Sed parce peccatis meis
¶ Quod si concludendo tertiam descendis, accentum lectionalem, cum epistolari confundis, epistolis terciã ante conclusionem descendere, magis proprium est quam lectionibus, propter seruandam differentiam. Que tamen ipsa, in vna aliquando nota sursum


nota sursum leuata, aut infra depressa, vltra pre-
scriptū, ab ecclesiasticis anīaduerti solet, vt prz
in prefationibus, in quibus sursum corda, aut
gratias agamus, & eorū responsa suam habent
formulam, sed dato, quod tertiam descendas,
in lectionib⁹, sub 7 tono conclusis, nunq̄ tamē
aut raro concludendo non erras, nam sic con-
cludis vt plurimū.



Ait dominus om̄ipotēs, cū nemo



q̄ de manu tua possit eruere, Sicut vesti



mentū quod comedit a tinea.

In hunc modum lectiones ferme omnes
concludere soles.

¶ Quid autē absurdius, quam verū & natio-
uum accentū relinquere, & barbarū quendā
inducere, quem si (vt certe debes) euitare volu-
eris, hoc modo concludes: de descensu in ter-
tiam, nihil precipimus, aut definimus vltra q̄
diximus, fac vt lubet.



ait domin⁹ om̄ipotēs, q̄ de manu tua possit

C

eruere



eruere Sicut vestimētū qđ comedit a

Eesai .62
Deu.26




tinea quia cōplacuit domino in te



que domin⁹, deus tu⁹ dederit tibi.

Has lectiones, ut interim breuitatis gratia de multis dissimulemus, secus (saltem regulariter) concludere nō potes.

¶ Lectiones aut matutinales, per totum annum, festis et dominicis diebus, quamuis sub predictis accentibus leguntur tamen accentu graui concluduntur sic.



Tu autē domine miserere nobis vel sic




Tu autē domine miserere nobis

His verbis (miserere nobis) concluduntur lectiones, sed prophetie verba, p̄ clausulam, hec dicit dominus, conuertimini ad me et salui eritis. Quare in lectionibus matutinalibus, quia semper, his tm̄ verbis, concluduntur oberrare non potes.


Sed nunc

169
Sed nūc prebeamus, horū sermonum
atq; distinctionū aliquod speci
mē, in quo dicti legendi modi
clarius nobis innotescant




Virgula

O foelicem chrī populum si passim con



virgula.

tingat tales esse præsules quibus



Comma

Colon


christi gloria nihil sit antiquius



virgula.


virgula.

qui auri fulgorem, qui argenti nitore



Comma.

qui totum Aaronis ornatum moribus




Colon.

Moderatus.

Virgula.

& vita referat si spectem? hūc qs dubitat



C ij


quin



Comma.


Interrogatus.

quin reuer a intelligit sup egenū & paupē




Acutus.

nā pius et misericors est prudēs, modestus,




Virgula:

sobrius, Reuerēdissimus pater petrus gam




Coloni.

ratus cui etiam si palliū et



Comma:

pedū detrahas tamē Episcopū ag



Colon.

Periodus

noscas. Tu autē domine miserere nobis

¶ Et hic est primus legendi modus, eorum videlicet, qui virgulam æqualiter pronuntiant, quem in nostris templis, Coenobijs exceptis) p̄ Inclytū Poloniæ Regnū tenemus. Aliter legendi modus, eorū qui virgulam eleuant in nonnullis germaniæ partibus frequentatur quem hic

quem hic breuitatis gratia omittimus;

De accentu epistolari.

Tota vis epistolariſ & euangelici accentus, in quātitate ſyllabarū cōſiſtit, adeo, vt qui quātitatū vel modicā cognitionē habet (q̄ ex leſtione poetarū diſcere oportebat) regulis non multū indiget, prope dixeri nihil, nam omnes regulæ ſequētes attenduntur circa penulimā breuē aut longam, Ei vero qui quantitatū ignarus eſt, ex finalibus dictionū ſyllabis, ac earundē numero, epistoliarum & euangeliorū accentus, vteumq; addiſcat oportet, id quod impresentiarū conamur oſtēdere, quāuis quātitas, hic nō ſp̄, ſicut in metro locū habet, in epistolis em̄ & euangelis, eſt ſermo cōmunis & profaicus, a lege metrica omnino abſolutus, ideo quantitatē nō ſemp̄ retinet, ſed magis accentū conſuetū attendit.

*Dicitur ad accentum
genus, ab
accentu ostenditur*


¶ Præterea notabis ſicut accentus ſit, ad deſignandā ſignificationē in dictione, ita ſit ad reſpreſentandam expreſſionē ſententiæ in oratione, expreſſio vero ſententię maxime ſit, & p̄cipiū circa finē. Ideo accent⁹ debet trahi ad finē orationis complete, quanto vicinīus poteſt.

Tituli Epistoliarum Beati Pauli Apoſtoli, & aliorum, cum ſuis accentibus.

C iij Lectio




Lectio epistolæ beati pauli apostoli




ad Romanos ad Corinthios



ad Ephesios fratres




Lectio epistolæ beati pauli apostoli



ad Philippenses ad Colossenses ad Thessalo



nicenses ad Timotheum fratres




ad Titum ad Philemonem ad Hebreos

¶ Hæc dictio Iacobus, quæ habet penultimam longam, tamem accentum habet in antepenultima, quæ impræsentiarum magis attendimus, quia de accētibus, nō de syllabarū quātitatibus præcipimus, in cōmuni sermone triū, in versu quatuor est syllabarū, sic Ioannes

Beati iaco



beati iacobi apostoli beati iaco-




bi apostoli beati petri apostoli beati




ioannis apostoli



Lectio libri sapientiae



actuū apostolorum



libri apocalipsis beati ioannis



libri machabeorū apostoli



Esaie prophete



Iohelis prophete

C iij


Danielis



Danielis prophete



Libri Hester



Libri Regum

Post notam que eleuatur in epistola ad sol nota immediate sequens, ad fa cadere potest, cōuenientius tamen ad mi, nō nuncq̄ aut̄ ad re deprimi potest, sic.

ij Co. xi



& ego non vr̄or et ego nō vr̄or id qd̄ sū


¶ Volens igitur epistolam legere, sciat totum illius accentū (vt supra diximus) quatuor notis contineri, scilicet sol fa mi re, & in fine orationis, hoc est in plena distinctione, dictionem ante literam capitalem diligenter attendat, Accentus enim variatur, secundū precedentium dictionū varietatē. vt indicant regulę sequētes. ¶ ἀπόστολος grece, Silas hebraice, missus latine dicitur, nā sicut ἄγγελοι græce, latine nuntij appellantur, ita græce ἀπόστολοι, latine missi vocantur. Ipsos enim misit euangelizare, per vniuersum mundū, Sed ἐπισελα ἀπό τοῦ ἐπισελλεῖ

επιστη επιστη

quod est mittere, quia ad absentes mittitur; sic
cut epistole apostolorum, quas absentibus
mittebant, sic impresentiarū, qui mittitur. & ad
legendam epistolam deputatur, curet, ut ver-
bis etiam, regularis accentus respondeat.

¶ Modus autē legendi epistolas & euangelia
pro locorū diuersitate, variū habet accentum,
Vbiq; tñ interrogatio, accentus moderatus,
& acutus, vltimam notam eleuāt similiter &
finis epistolæ & euangelij, vbiq; eleuatur, dem-
pta propheta, quæ est oratio ex veteri testamē-
to sumpta, cuius finis grauatur, seu deponitur
quia illis terrena, infra posita, nobis ꝑ o cœlestia,
supra nos querenda promittuntur.

¶ Quidam in fa clauē lectionem continuant
per totū vnisonum seruantes, vsq; ad accentū,
seu legitimam pausam, sc.



Mat, x

Et inimici hominis domestici eius

¶ Multo tamen melior lectio, suauior, et audi-
entibus gratior erit, si tam in epistola q̄ in enā-
gelio, in re, clauē d'solre, incepis, in mi continua-
ueris, et vbi respirare opus fuerit, ante accentū,
de mi ad fa ascēderis. Nam varietas vbiq; de
lectat hoc modo,

C v & in:mi




Math. 10



et inimici hominis domestici eius

Exm simile


Ec. vii.



noli amare mēdatiū aduers^o frēm tuū


Exm simile

puer. 17



qui meditat̄ discordias diligit rixas

¶ Eodem modo et clausule interrogationū pronuntiandę, presertim vbi longiores fuerit nisi quod finis (vt dixi^o) leuand^o ē hoc modo



domine si in tpe hoc restituis regnū israhel^o

Exm simile

Actu. i.



& quō nos audim^o liguā in q̄ natū sum^o?

Actu. ii.

¶ Nunc ad regulas accentuū epistolares quanto poterimus compendiosius accedemus hoc prenotato, quod in epistolis singule syllabe, singulas habent notas, syllaba tamen pre dominante excepta, que propter accentū, qui cadit in eam, nō vnam, sed duas habet notas, a fa ad sol eleuatas.

fa pl. u. sol
De mo

De monosyllabis.

174

¶ Prima regula si in epistola, in plena distinctione, id est ante literam capitalem, monosyllabam precesserit, alia monosyllaba, et ipsam tertia, prima videlicet eleuanda habet accentum de fa ad sol, in omnibus regulis sequentibus, vt in his patet exemplis.



domine mi tu scis aduers⁹ hui⁹ inōi nō ē lex

Apoc. 7
Gal. v.

Secunda regula,

¶ Si in clausula epistolari, in perfecta distinctione, id est ante literam capitalem, duę monosyllabę fuerint, & eas dissyllaba precesserit, prima illius dissyllabę erit eleuanda, siue sit longa siue breuis, vt in hoc exemplo.



breuis eleuatur

& veritas in eo nō ē sicut domi⁹ donauit

Io. viij.



longa eleuatur.

vobis ita et vos

Coll. iij.

¶ Memineris regulę supra dicte, quod non semp in fa clauē, lectio continuāda sit, maxie cum plures notę, ante perfectam distinctionē occurrunt legende, vt in predicto exemplo, sed partim in mi, partim ad fa eleuādę.

Tertia

Tertia Regula

*Signis aut
Pizant*
¶ Si duas monosyllabas, precesserit dictio polysyllaba, illa aut habet penultimā longam, eam dē eleuabit, aut breuē, sic antepenultimā eleuat, vt hic Exm̄ primi Exm̄ secūdi.


¶ co. xij


nā finis illorū mors ē vt discederet a me

Quarta Regula

¶ Si monosyllabā precesserit dissyllabā, priā eiusdem dissyllabę eleuatur, siue lōga fuerit siue breuis, vt hic,

Ro. viij



longa eleuat. breuis eleuat
sicut scriptū est cōsentio legi qm̄ bona ē

Quinta regula.

¶ Si monosyllabā vnicā, precesserit polysyllaba, si habet penultimam, longam eleuabit eandem, si breuē, antepenultima venit eleuanda hoc modo,

Exm̄ primi

¶ lo. iij.


ōis q̄ oderit fratrem homicida est

Exm̄ secūdi

Benedicite




benedicite p̄sequentibus vos

Ro. xij.

De dissyllabis.

¶ Si in dissyllabam terminata fuerit epistolę sententia, monosyllaba precedente, eadem monosyllaba erit eleuanda, sic scilicet.




pu. xix

melior ē paup̄ iust⁹ q̄ vir mēdax
Phil. ij. omnes quę sua sunt querūt.

Secunda regula.


¶ Si in dissyllabā terminata erit oratio, alia dissyllaba precedenti, eadem que precedit, eleuabit primā, siue longa siue breuis fuerit, vt his patet exemplis.



Ro. vi.

longa eleuatur.

Serui autē facti deo aperiens pes



Act. iij.

breuis eleuatur

trus os suum dixit.

Tertia regula.

¶ Quando dissyllabā, polysyllaba precedit, penultimam eleuat, si longa fuerit, si breuis antepenultimam, vt sequentia indicant exempla:
pro peccatō

Ro. xij

i 703.




exemplum primi

exemplum secundi

pro pctis nr̄is. ratiōabile sit obsequiū vr̄m

De trissyllabis

¶ Si in clausula epistolari, ante literā capitalē posita fuerit trissyllaba penultima longa, & eam præcesserit monosyllaba, eadem eleuat hoc modo.



Gal. v. vtinam, absidāt qui vos cōturbāt.

Secunda regula.

¶ Si dictionē trissyllabā, habētē penultimā longā, præcesserit dictio dissyllaba, eadem eleuat primam, vt hic




Galla. v diliges pximū tuū sicut teipsum

Tertia regula.

¶ Cum dictionē trissyllabam, habentē penultimā longā præcesserit dictio polysyllaba, eadē eleuat penultimam, si longa fuerit, si breuis antepenultimam sic.


Exm̄ de penultima longa

Ro. xiiij



qui potestati resistit dei ordinatiōi resistit

Exm̄ de




Rom. xiiij

vt possitis alterutrū monere

Quarra regula.

¶ Si clausula epistolaris terminatur in trissyllabam habente mediam breuem, duplici monosyllaba p̄cedente, prima illarū erit eleuanda, vt sequens indicat exemplum.




Rom. vii

nō em̄ sub lege estis sed sub gr̄a et ī his q̄ p̄eūt

Quinta regula

¶ In clausula epistolari, in plena distinctione, ante literā capitalem, si ponitur dictio trissyllaba penultima breui, monosyllaba vnica p̄cedēte, quā iterū disyllaba p̄cesserit, eadem eleuat primā vt hic est videre.



eadem em̄ agis quæ iudicas.

Quæ enim societas luci ad tenebras

Vix enim pro iusto quis moritur

Sexta regula.

¶ Si trissyllabam, habentē penultimam longā, p̄cesserit alia trissyllaba, aut polysyllaba, eadē eleuat penultimam, si longa fuerit, si breuis ante penultimā sic,

Rom. ii

ij Co. vi

Rom. v

Exemplum

Exemplum primi


Rom. 2



q prædicas nō furādū furaris.

Exemplū secundi.

Rom. 8




si spū carnis facta mortificaueritis uiuetis.

Septima regula.

¶ Si trissyllabā habētē penultimā breuē præcedit dissyllaba, eadem eleuat primam, siue breuis, siue longa fuerit.

ij Co. xij



breuis eleuatur

licet vos plus diligens minus diligor

ij Co. xi



longa eleuatur.

periculis in falsis fratribus

Hora est iam nos de somno surgere

Ro. xij

Octaua regula.

¶ Quoties dictionē trissyllabam, habente penultimam breuē, præcesserit trissyllaba aut polysyllaba, eadē eleuat penultimam, si longa fuerit, si breuis antepenultimam.


Exemplum primi,

sed p. cha



sed p̄ charitatē seruire inuicē.
Exemplū secundi.

Gal. v.




filius ancillę cum filio liberę.

Gal. iiii.

De quatrissyllabis.

¶ Quotiesc umq; in clausula epistolari, literā capitalē, p̄cedit dictio quatrissyllaba, habēs penultimam longam primam eleuat, vt patet per exempla sequentia.




cū fatigat' desieris contēnere cōtēneris.
Sic vt in die honeste ambulemus
Homines pestilentes dissipant ciuitatē
Et sanitas tua citius orietur.

Esa. 33
Rom. 13
puer. 25
Esa. 58.

Secunda regula.

¶ Cum ante literam capitalem ponit dictio quatrissyllaba, habens penultimam breuem, si eam p̄cedit monossyllaba, eadem eleuatur vt in his exemplis.



qd enim operor nō intelligo
Dextera eorum repleta est muneribus
Tolle omnes principes populi & suspēde eos

Roma. 9
puer. 25
Num. 16


D. contra

contra solem in patibulis.

Tertia regula.

¶ Quando in clausula epistolari, ante tetrasyllabam, habente penultimam breuē, ponitur di-
ctio dyssyllaba, eadem eleuatur, siue longa fue-
rit siue breuis, vt in his exemplis.


Ro. vi.



longa eleuatur

Serui facti estis iustitiæ

Sap. v.



breuis eleuatur

Cogitacio illorū apud altissimū

Quarta regula.

¶ Si tetrasyllabā habentem penultimam bre-
uem, præcesserit polysyllaba, eadem eleuat pe-
nultimā, si longa fuerit, si breuis, antepenul-
tima venit eleuanda, hoc modo.


Exemplum primi.



Ecci. 3. nec sperauit in thesauris pecunię

2. Co. 12. virtus in infirmitate perficitur

Exemplum secundi



¶ Co. 9. qui altario deseruiūt cū altario pticipāt

De pentasill

De pentasyllabis herasyllabis et heptasyllabis.


G Dictiones pentasyllabe hexasyllabe, siue de incept, que penultimam longam habent, qua uis variant, tamen ut plurimum tertiam, que penultimam precedit, id est quartam a ^{fine} syllaba eleuant, sic scz.



qui tribuit in simplicitate
Dilectio sine simulatione
Qui miseretur in hilaritate,
honore inuicem preuenientes
Necessitatibus sanctorum comunicantes


Ro. xij.

G Si uero penultima breuis fuerit, quarta que eandem precedit, id est, quinta a fine syllaba, temp & infallibiliter eleuatur.



quod si inuicem mordetis et comeditis videte ne
ab inuicem consumamini

Gal. vi



Gemitibus inenarrabilibus
G Sic iste dictiones, si capitalem litteram precesserit, ut similes, Abominationibus incorru,
Dij ptibilibus

Ro. viij

ptibilibus Inenarrabilibus, quintā a fine syllaba, eleuant aliq uando breuis, aliquando longa eleuatur, nō quod accentū grammaticū eadem syllaba teneat, sed quod in accētū ecclesiastico, qui ali⁹ est ita fieri oporteat et necesse sit Sic vides in omnibus regulis prædictis, et sequentibus, attendendam fore, syllabarum quātitatem, nempe penultimā breuē vel longam, (interdū numerū syllabarū) quæ, qui negligit, legendo risum aut indignationē, magis q̄ deuotionē, auditoribus excitat. Penset igitur diligens lector, quam vtiliter scriptū sit Tunc
psal. 118 nō confundar cū prospero, in omnibus mandatis tuis.


De conclusionē epistolarum.

¶ Cōclusio epistolarū, semp̄ ex vnifono, cadit ad tertiam infra, scz de fa ad re, nota sequens eandem, ad proximā vel ad tertiam leuari potest, quæ v̄o nota, aut quota a fine, deprimēda sit, lectoris iudicio aut discretionī relinquēda
Vbi lectorem valde cautū esse oportet, et magis quam in tota epistola sollicitū, nā aliqui citi⁹ alij tardius quam oportet descendūt, quo fit vt epistolam raro bene concludūt. Reliquæ vsq; ad tertiam notam a fine, exclusiue, in fa vel mi pronūctiari possūt, Tertia a fine, semp̄ & infallibiliter in re locat, vltima in fa, penultima ad placitū, aut mi aut fa tenebit, exem
pli grā

pli gratia aliqt accipe epistolaiū conclusiōes
reliquas, secundū istas, tuiple elcito,




ipli honor et gloria in secula



seculorum amen.


In hoc exemplo, prime quinq notæ, tenet
unisonum, in fa (possent et in mi) sexta nota de
primitur defa ad re, sequēs eandē ad mi, rurſ⁹
ad fa ascenditur cū sequentibus notis, quæ in
differenter in fa continuari, vel ad mi deprimi
possunt, tertia nota a fine, seu antepenultima, in
re, penultima ad placitū.

Aliud exemplum.



& in plenitudine sanctorū detentio mea

Vel sic




& in plenitudie sanctorū detentio mea

Hæc est lectio multo quam prima placidi
or, hanc autem suavitatem, habent inter se, mi
et fa, propinque notæ, vicissim repetite.

Aliud exemplum;

D iij

Sed in,




Sed induimini dominū iēſū chr̄m

Sinceritatis


& veritatis

Tritum est sermone puerbium, Dū finis bonus ē totum laudabile fas ē, Cū igitur a fine sūt oīa denomināda quātū poteris enitere, vt regularit̄ cōcludas, et finē ante quā principiū, aut mediū, lectionis cuiuslibet inspicias, vt si qd oberratū esset, aut in principio aut in medio, ne pudeſias aut confundaris in fine, prospice,

Nunc demus aliquod epistolare
paradigma.



Fratres rogem⁹ deū optimū Maximū




vt Illustrissimū Polonię caput Sere-



nissimū Regē nr̄m Sigismundū cū in-



clya prole sua diu nobis viuere



faciat incolumem qui cū habeat

dignitatem

dignitatem quolibet honore super
 riorē honorat super omnes q̄ se hoc
 honore dignatus est deū qui iuxta
 similitudinē caelestis regni tradidit
 sibi sceptrū terrenę potestatis qui se
 uā tyrānidē exorsus dura pectora
 mulcere didicit seditionū motus
 compescere sedare tumultus Regē in
 quā pacificū & nostre ppugnatorem
 libertati

libertatis, qui sicut ad mortales iuuandos
atq; ad p̄descendū omnibus natus perspi-
citur ita ad reprimendas impias
tiones atq; nefarios barbarorū &
imphorū incurtus nemo Regū fortuna-
tior qui cū res exposcit diuīe virtu-
tis sumit & scutū & gladiū q̄ probe no-
uit parcere subiectis & debella-
re superbos, vt tranquilla sint t̄pa seque-
ra &

ra et tuta sint omnia et nequitia

atq; iniquitate sublata sūma

in pa ce vivat Sic regnat rex perillustris

Inclyt⁹ pnceps Sigismund⁹ q̄ in regib⁹

nō ē alter in deū et religionem su

perior nō rerū gerendarū prudentia

excellentior clementia in subditos pre

stantior nō bellica gloria foelitor.

serua cū domine deus noster.


E Euangeliū

De accentu euangelico.

εὐαγγέλιον euangeliū id est bona nūctiatio, quoniam
niam εὖ bonū. & ἀγγέλλω nūctio, & angelus
nominatus est, quoniam salutem omnium ho-
minū nūctiauit. Quare aut bona sit nūctiatio
Eusebius de preparatio ne euangelica ostēdit
¶ Cum aut legendū est Euangeliū, ob reue-
rentiā sacrorū verborū, apponit liber, nōnūq̄
serico villosa obductus, auro & argento
decoratus. Stant incensis æditui duo faculis,
Diaconus Thimiateriū, siue accerrā thurariā
tenet, Thimiama incendit, suauissimos odores
excitat, Interim assurgit clerus et omnis popu-
lus viri, aperto capite, omnes, cum his deuot⁹
femineus sexus, pariter aures arrigunt, hoc tā
salutariū verborū nūctiū diligenter attendūt,
Deniq̄ mos esse apud quosdā dicitur, vt prin-
ceps ipse, nudatū ensē manu tenēs, adstet euā-
gelicę lectiōi, cæteri capulo manu admota,
parati cū suo principe Euangeliū defendere,
Præterea legenti euangeliū diacono, bene præ-
catur prælatus aut sacrificus, dicens, Domīn⁹
sit in corde tuo, &c, Et hoc cū hæc solemniter
fiunt aut tuipse priusq̄ codicē euangelicum
sumis in manū, præcaciūcula te prepara, ante
lectiōnē ora, vt optimus ille Iesus, qui pro cō-
tempissimis etiam hominibus mortuus ē, imp-
sire dignetur spiritū suū, qui nō requiescit, nisi
sug


sup humilem & mansuetū, ac tremētem verbā
ip̄ius. Deinde dicas Dñs sit in corde meo, &
in labijs meis, vt digne et cōpetenter valeam
pronūctiare, euangeliū pacis, In nōie patrie
& filij & spiritus s̄cti. Digne aut̄ pronūctias
si quod legis euangeliū sūma fide complectes
ris, competenter pnūctias, si tenorē quē ex-
poscit Euāgelīū, & accentū debitū teneas, de
quo dantur sequentes regulæ.

Tituli Euangeliōrū cū accētibus
eorum




Initiū s̄cti euāgelij secūdū Matheū.
Sequentia Ioannē.


Velfic.



Initiū s̄cti Euangeliij scđm Matheū.
Sequentia Ioannem



Secūdū Lucā In illo tpe. In illo
Secundū Marcū.



tempore. In illo tempore.
Secūdū qđ exposcit, loci aut tēpli cōsuetudo

De Adonossyllabis.

¶ Si clausula euangelica, terminata fuerit in dī
E ij ctione

ctionē monosyllabā (sp̄ itellige āte literā capitā
lē vel in plena distinctione) & illā præcedit alia
& ipsā tertiā, eadem erit eleuanda.

Cor aut̄ eorū longe est a me.

Mat. 15 Da eis pro me et te

Mat. 17 Surrexit nō est hic.

Mar. 16

Secunda regula.

¶ Si monosyllabā dissyllaba præcedit, primā
eiusdem eleuatur, siue longa fuerit siue breuis
secunda deprimitur, tertia finitur, vt est cerne
re in his exemplis.

Mar. 20 nō ita erit inter vos, longā eleuatur.

Mat. 25 ecce habes quod tuū est, breuis eleuatur.

Mat. 5 mentientes propter me, longā eleuatur.

Math. 3 Sicut colūbā descēdentē sup̄ me, bre. ele.

Tertia regula.

¶ Si monosyllabam, ante literam capitalem
præcedit polysyllaba, eleuabit penultimā, si lō
ga fuerit, si breuis, antepenultima venit eleuan
da, vt sequentia indicant exempla.


Exemplū primi.

ecce alia quinq; superlucratu sum.

Mat. 25

Exemplū secundi.

Cū glad̄is



cum gladijs & fustibus cōprehendē me

Mat. 26

De Dissyllabis.

¶ Si in clausula euangelica, dyssyllabam, ante literam capitalē, monosyllaba p̄cesserit, eadē deprimitur, & p̄cedens syllaba eleuatur vt est videre in his exemplis.



Iesus cōfestim descēdit de aqua Dixit Mar

Ioan. x i
Math. iij

tha ad Iesum.

Secunda regula.

¶ Quando vero dyssyllabam dyssyllaba p̄cedit, eadem quæ p̄cedit eleuat primam, & deponit secundam, sic scilicet.



Staret sup̄ vbi erat puer. Gauisi sunt
Quod scripsi scripsi. Iō. xix.



gaudio magno valde.
¶ O sententiā egregiā & forti viro dignam, quamuis ab Ethnico & p̄phano homine p̄latā, magis in Christiano principe laudabilem, immo, in quē magis competit, si vsu venit dicere, Quod scripsi scripsi, quam sententiā ante secula latā insup̄ a se iam pridem renouatā,


E iij Regio

Regio Sigillo munitā, paulopost tempore ca-
sare, & irritam facere.

Tertia regula.

¶ Cum dissyllabam ante literam capitalem
polissyllaba precesserit, ipsam penultimam ele-
uat, si longa fuerit si breuis, eleuat ante penul-
timam, Exempli gratia.

Mat. iij.




De Trissyllabis penultimam
breuem habentibus.

¶ Si in perfecta distinctione ponitur trissyl-
laba penultima breui, monosyllaba precedē-
te, eadem monosyllaba deprimitur, nota pre-
cedens eandem eleuatur, hoc modo.

Mat. x.

Luce. i



Dixit autē Maria ad angelū

Tertia regula.

¶ Si ante literam capitalem fuerit dictio tris-
sillaba, habente penultimā breuē. et eam præ-
cesserit dissyllaba, eadem primam eleuat, secun-
dam deponit, sicut hic,

Ibi.



Ibi erit fletus et stridor dantiu.

Math. viij. xij. xij. xxij. xxiiij. xxv.

luce xij. Septies repetuntur hec verba. vt sp
cordibus infixę sint nostris æuangelicę minæ

Nam vt inquit apostolus. Horrendum est in
cidere in manus dei viuentis. Heb. x.

¶ Tertia regula.

¶ Quando dictionē trissyllabam, habentem
penultimā breuē, precesserit polysyllaba, ipsa
penultimā eleuat, si longa fuerit, si breuis. āre
penultima eleuatur, penultima et vltima deprimi-
tur, vt hic videtur.

Exemplum primi,



Domine si fuisses hic frater meus nō fuisset mortuus. Ioan. xi

set mortuus.

Exemplum secūdi.

Luce. vi



pppter filium hominis

De Trissyllabis penultimam

longam habentibus.

¶ Quando cūq; clausula in trissyllabā penul-
timā longam desinit, primā deprimi, præce-

des ea dicitio, siue monossyllaba siue disyllabā

E iij

siue tris

sive trissyllabā ante polysyllabā, vltimā eleuat

Mat. iij

et mel siluestre et in ignē mittetur.
monosyllaba præcedit. dissyllaba præcedit.

Mat. iij

Prophetam dicentē. Calceamēta portate.
Trissyl. præcedit. Polissyllaba præcedit.

De tetrasyllabis et pētasyllabis

penultimam longā vel breuē habentibus.

¶ Quando clausula euangelica in dictionē pluriū, quam triū sillabarū desinit, si longa fure rit penultima, antepenultima deponit, et præcedens eam, scz quarta a fine eleuatur. Si vero penultima breuis fuerit præcedens eam a fine quarta syllaba, deprimitur et quinta a fine eleuatur.

Exempla de trissyllaba penultima longa,

Math. ij

Secessit in partes galilæ
Dixit Iesus turbis iudeorū.

Exempla de penultima breui.

Mat. iij.

Luce. x

Lnc. xi.

Paleas autē cōburet igne inextinguibili,
Martha autē satagebat circa frequēs misteriiū,
Omne regnū in se diuisū desolabitur.

Concluditur autē Euangelii, eodē accē

tu quo epi

185ⁿ
q̄ epistola, sicut, sequēs ōndit paradigma.

In illo tempore dixit ap̄stol⁹ discipulis suis

tito atq; timotheo, qualem i Tim^{iiij}

episcopū esse oporteat, ad Titū dicens

oportet Episcopū esse sine crimine,

Titū .i.

sicut dei dispensatorem non supbū

nō iracundum, nō vinolentū, nō percul-

fore nō turpis lucri auidū, sed hos-

pitalem, benignū, sobriū, iustum,

cōtinentē, amplectentē eū qui scdm

cōtrinā est, fidelem sermonē vt potēs sit

exhortari in doctrina ^{fama} et eos qui

E v

condu

contradicūt arguere quare nō sine

maximis rationibus, Reuerendissi

m^o pater petrus Gamratus tanto

ministerio dign^o habit^o est ob sū

nam integritatē precipuā virtutē

tem agendarū rerū prudentiā diti

ne legis notitiā & pfectā cunctis

in rebus prudentiā, quē pastore, quē rectore

quē nostre religionis custodē dedit nobis

domin^o, q nos dirigit in viam salutis.

¶ Hæ sunt Regule de accentu ecclesiastico, ad q̄s lectionales, epistolares, et euāgelicę clausule cōueniēt applicari possūt, Quāuis nōnulę, secūdum dictas regulas applicatę clausulę,

possent absolute, cōuenientius, quā nōnullæ
regulæ docent, ad verum accentum reduci, ab
his, qui quātitatē syllabarū, vel modicā cog-
nitiōē habēt, vt sūt iste, et alię multę clausulæ.

Luce. iij
Psal. ij.



Ego hodiæ genui te
¶ Sic de monosyllabis docet, secūda pars re-
gule, sic pronūctia sine regula.




Ego hodie genui te
Sic prima regula docet de dissyllabis.



Siquis in faciē vos cedit.
Sic aut pronūctia, sine regula.

ij Co x



Siquis in fatiē vos cedit.




Et ego nō vrōr.

ij Co xi



Et ego nō vrōr.

Sic sine regula.



Audeo et ego Audeo

ibidem.



audeo et ego

Audis: quod in his omnibus exemplis, et sexcentis alijs, vbiq; clausula secunda, nulli regulæ subiecta, elegantior est prima, quæ regulæ subest. Quamq; predictæ regulæ vbiq; tolerabiles sūt Difficile est igitur, ad hunc modum dare regulas, artificiosas, & vniuersaliter veras, Quare omnibus epistolis et euangelijs, sine huiusmodi regulis et preceptiuculis, suos proprios accentus, adijcere maluimus, & longe minori negotio, quam hæc fragmenta colligere, si calcographi accessisset imprimendi facultas, Nam quotusq; reperitur, qui has regulas inspicit, antequam codicem euangelicū sumat in manus, mallūt nōnulli, decies labi & turpiter errare, quā hūc parū sibi laborem desumere, Verū si nos tantū tedij, publicæ vtilitatis respectu deuorauimus, par est nimirū, vt lector item, vel sue vtilitatis causa, nō nihil molestiæ decoquat, et eū animū quē nos iuuādis alijs prestitim⁹, ipse prestat sibi, suoq; commodo.

Quod si quis zelat decorem domus dei, & voluerit que in missali continentur epistolas et euangelia, suis accentibus pernotare, et sub prelum mittere fiat secūdam eam quam prescripsimus

scripsimus formā, lectionis in missali, quę pau-
 ce sunt, quatuor, epistolę tres, euangelia, duas
 tantum lineas requirūt, clauē vnica, & semp
 eandem, Lectiones in vigilia paschę & pente-
 costes, quia plures sunt & plixę, et tantū se-
 mel in anno leguntur, sic sine notis relinquāt
 collectę, Secreta, complēde (quorū haud paru
 est aceruus) supflue, abijciantur, Abijciantur
 item superflue rubricę, nōnullę plus curiosę
 quam necessarię et nō excedet missale, iustam
 libri quantitatem, addantur positurę, seu pun-
 ctā, in contextu verborum, propria, apposita,
 et accentibus suis respondentia, Sic instructo
 missali, vniformiter cantabunt omnes plures
 etiam ad aram accedent, qui se hactenus
 altari committere & missā canere non audent
 Cessabit protinus (ni fallor) ad aram barbaris-
 smus, & inconcinnus pronūctiandi modus,
 quasi vno ictu amputatus, quem alias, nulla
 precepta, nullę regulę nobis adimēt, nō quod
 regulas contemnamus, imimo quas plurimū
 probamus, quas etiam nosse volunt omnes
 studiū apponere nemo, quia nō potādo:

Eiusdem Ada. Georgij legnicensis
ad lectores de nonnullis
abusibus circa cantum &
officium diuinum.

Habes optime lector, de ratione accentus
ecclesiastici, libellū (vt opinor) nō contē
nendum quo pacto scz, lectio, epistola & euā
gelīū ad legitimū accentū reducenda, quo fit
vt nō omnīno pretermittendus sit, illis p̄sēra
tīm, qui sacris iniciari cupiūt, aut iam iam ini
ciati sunt, immo vero, tanto diligentius expe
tendus, quanto se nouerūt in accentibus eccle
siasticis magis ignaros, nam pauci admodum
inueniuntur, quibus legitim⁹ accentus, nō sic
apis offensionis & petra scandali. In syllaba
rū enim quantitibus aberrare, & dictiones
Inatura p̄ducendas, corripere, & rursus graui ac
centu p̄ferendas syncopatim p̄nunciare, est
nobis in hac patria, familiare, ne dicam natura
le, atq; adeo, vt qui nostram pronūctiationē
ad amissim considerat, quantitates syllabarū
addiscere facile potest, aut certe, magnā quā
titatū vim eruet, si quas corripimus syllabas
producet. vnde nō mirū quod pauci bona car
mina facimus, quia quantitatem syllabarū oī
no p̄didimus, in quibus ipsis aliquādo de tur
pi amore scriptis carminib⁹, si vitū vel nimitū
admiseris

admiseris, nō dictu facile, quam anxie torque-
 ris quod sunt qui continuo reclamāt, verum
 esse vittosum, nec vlla vania dignū, in sacris
 vero lectionibus epistolarum & euangeliorū
 accentibus, si millies erraueris, nemo est qui
 percipit corde, aut inerte legentem reprehendit,
 a lego deriuat lector (nō lictor) p̄ eo qui
 legit, & lectio, ad lectores aut̄ pertinet, lectio-
 nes, et ea quæ prophete vaticinauerūt, et apo-
 stoli scripserūt, pronuntiare palam, aperte &
 distincte legere & pronuntiare, sicut in vete-
 ri testamento herodam fecisse legitimus vbi
 plura de lectoris officio. Quare iuxta decretū
 Tolerani concilij, lector cū ordinatur facit de
 illo verbū episcopus, ad populū, indicans eius
 fidem, vitam, atque ingeniū, post hoc, spectan-
 te populo, tradit ei librū, in quo lecturus est,
 dicens, Accipe, & esto relator verbi dei, habi-
 turus, si fideliter et vtiliter impleueris, lectoris
 officium.

¶ Sed hac tempestate nostra, nihil refert, sciāt
 an ignorent, dūmodo vtcūq; barbare, aut pu-
 eriliter, officiū lectoris compleant, vt est audire
 legentes psalteriū, in festis patronorū, aut
 scenopegiarū, aut in septimana poenosa, psal-
 mos, in omnibus ecclesijs, quam absurde, quā
 inconcinne & barbare legūt, vt subulcos aut
 aratores, potius quam lectores aut psalmistas
 iudicares

audicares, phich pudor, quocienscunq; syllabā longam corripunt deū, si non vna syllaba, certe vno fraudant tempore, quādoquidē, iuxta grammaticorū leges, syllabę longę, bina sunt tempora, breui vnicū, neque vero sunt audiēdi, qui dicere solent, minuta res est, syllabę tempusculum, cū magis spectandum sit, quē fraudes, quam quanto fraudes.

¶ Sed dicunt fortasse, vt syllabas longas corripimus, sic rursus breues producimus, quo reddimus equiualens) Et id quidem manifestum quod dupliciter peccas, transeo, quod literas duplicandas, simplices scribimus & proferimus, simplices duplicamus, sic nō solum in *πρὸς ὁδία* id est accentu, verū in *ἑβόρσα φία*. i. recta scriptura labimur, cum reliquis duabus grammaticę partibus, etiam nō satis belle nobis conuenit. Quid igitur prodest, varias vocabulorum significātiās, cognoscē? quid easdē hinc et hinc artificiose p suos casus inflectere) et tandē ad sermonē congruū cogere? nisi etiā recte scribantur, proferantur, & quantitatis ale condeantur?

¶ Hic obiter annotandū, quod finis grāmaticę est, nec peccare circa vnam literam, neq; circa plures, circa vnam peccatum Barbarissimus, circa plures Solocissimus appellatur, circa dictionē peccatū sit tripliciter, in literis Im
mutatione

tatione literę v p f, & econterfo, vt scribens
do finũ, p vinũ, vel o p v, vt olli p vlli, &c.
Secundo abundantia literę, vt dilligo p diligo
Docillis pro docilis, Tertio defectu literę, vt
tera p terra, inteligo, p intelligo, syllaba p sylla
ba mifa p miffa, (exempla adducimus, quę
apud noſtrates ſic ſcripta iuenimus, et iſti tres
modi fiũt ſcripto, Quarto peccamus accentu
de q̄ impreſctiarũ dicere ppoſuimus, qui in la
tinis dictionibus, precipue, circa penultimam
attenditur, in hac ſyllaba, tocies peccamus, q̄
ties p longa breuẽ pferimus, & econtra p
breui longam pronunctiamus, ideo tam in ac
centu eccleſiaſtico, quam in familiari ſermone
plurimũ attendenda nobis ſyllaba penultima
Poetę tamen neceſſitate carminis, modis his
omnibus vtũtur, religio p religio Reliquias
p reliquias, olli pro vlli, ſape dixit virgilius,
longam p breui, & econuerſo, &c, quos tamẽ
in ſoluta oratione, nobis imitari nõ licet, Soloc
ciſmus eſt, inconcinna dictionũ compositio, et
fit xi. modis, ſed nũc nõ eſt his locus.

Sed neq; ſilentio prætereundũ, quod in *κῆρυξ*
ἐλεῖσθαι, quę verba tocies cotidie reperunt, in
horis, in offitio miſſę, &c. diuĩas aures, tribus
ſyllabis fraudãt, p leptem, quatuor vix pro
ferũt iã vero, cũ id flagitiũ, ſingulis diebus, for
taſſe centies aliquando comittant, ſi quis ratio

E **OCM**

nem subducat, quadraginta aut quinquaginta annorum, non video satis fore, si quis solidū annū, nihil aliud iteret, quam *κῦριε ἑλεῖσον* id que septem distinctis syllabis, neq; vero conueuit eos, hæc vt iocosa ridere, que alijs in rebus, tam iudaice sunt anxij cum magis spectandum sit (vt supra diximus) quem fraudes, q̄ quantulo fraudes, Hæc erasmus, id quod sacrficorum euenit negligentia, qui sacra verba adeo truncate pronuntiant, quibus pueri ministrantes ad aram eodem modo respondent, & insuescūt, inde fit, vt inquit Horatius Quo semel imbuta est recens seruabit odorem, testadiu, kyrleyson dicūt, p kyrie eleison, id est domine miserere utrobic; septem syllabas eloqui debes, siue grece siue latine dixeris.

¶ Quid quod vigilias p defunctis (sic enim appellare solent) etiam mercede conducti tam festinanter, confuse et negligenter, persoluunt, vt nec dictio a dictione, nec syllaba a syllaba, nec interdū p integrum psalmū, a versu versū discerni queat, tali vlulatu, tali murmure, et verborū confusione cui nulla deuotio subest Quo factū est, vt pleriq; scandalisati, amicis & benefactoribus, alloqui charissimis officia veniarum fieri voluerunt, omnino nulla, imo ne sibi talia fierēt obsequia, etiam in mortis articulo petiere, vnde haud paruus error
exortus

exortus hac misera tempestate nostra, plerique
 enim, ab ecclesia instituta placationis officia, va-
 na et inutilia blacteramenta contendunt, proch-
 dolor Ethnicis deteriores, certe S. monides
 olim erpoeta & philosophus, pius erga mortu-
 um, quē ipse sepeliuit, propriam vitam lucrife-
 cit, quam ea vidente perdiderūt ceteri, nō ea-
 dem pietate affecti, et qui nunq̄ nouit Chri-
 stianorum mysteria Cicero, sic tamen scribit
 in Lelio Plus apud me valet authoritas anti-
 quorū, qui mortuis tam religiosa iura tribue-
 rūt, quod nō fecissent profecto, si nihil ad eos
 pertinere arbitrantur Et apud eundem de
 senectute inquit. Mar. Ca. Ex vita ista disce-
 do, tanq̄, ex hospitio, nō tanq̄ e domo, cōmo-
 randi enim natura diuersorū nobis, non habi-
 tandi dedit, O preclarū diem, cū ad illud ani-
 morū conciliū coetumq̄ proficiscar, et cū ex
 hac turba coluuiōneq̄ discedam, proficiscar
 enim, nō ad eos solum viros, de quibus ante
 dixi, sed etiam ad Catonē meū (filium) quo
 nemo vir melior, natus est, nemo pietate prae-
 stantior. quod si in hoc erro, quod animos ho-
 minū immortales esse credam, libenter erro,
 nec mihi hūc errorē quo delector, dum uiuo
 extorqueri volo.

Et apud xenophontem moriens Cyr⁹ ma-
 ior, hec dicit Nolite arbitrari, mihi charissimi

F. ij

filij

12
filij, me, cum a vobis discessero, nusq; aut nullu
fore, nec em̄ dū eram vobiscū, animū meū vi
debatis, sed cū essem in hoc corpore, ex his rea
bus quas gerebam intelligebatis, eundem igit̄
esse creditote, etiam se nullum videbitis.

¶ Pudeat igitur innumerabiles Christo
anos, multis ethnicis inferiores, qui, si de futu
ra vita & cura pro mortuis habenda, fidem ali
quam haberēt, vt viri de quibus modo dixi
mus, iusta, piāq; inferias, et sacra vota, pro de
functis faciendis, verbis nō adēo truncatis, cor
ruptis & barbaris, prosequerentur. Hec admo
nemus, vt e scholis, aut alias vndecumq; ad ca
nendū vigiliās, vocati scholares & sacerdotes,
cautiores reddantur, sic psallant, sic orent, vt in
telligant superstites, & sentiant, pię defuncto
rū, manes profuisse sibi apud deū Opti. Max.
piās ecclesię preces.

3 Regū
18.

¶ Cæterū quid irreligiosius, quam ad altare
dei sic clamare, vt præconē potius forensem,
quā sacerdotē agere videare, vocem naturalē
contemnere, & beluinam quādam, affectatāq;
circa bouinam assumere. An nescis vnus He
lię orationem plus apud deū valuisse, quam
ipsius Baal, quadringentorū, & quinquaginta
prophetarum clamorem, qui a mane ad me
ridiē vsq; clamauerūt ita cū omnes clamarēt,
nec quod volebant, assequerent̄

assequerentur, illudebat illis Helias dicens clamate voce maiore, deus enim est, et forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur, clamabant ergo voce magna Hæc ibi. Hic palam audis deũ detestare clamores abominare fastidire & execrari. Tamen (more suo) Stentorem imitari maluit nonnulli, quem clamosissimũ inducit Homer⁹ vt illius vox esset tanta, quanta quinquaginta hominũ vnde Iliados sexto.

Στέντορι ἔσα μὲν μεγαλήτορι χαλκροφῶνῳ
ὅσ' ὅσον ἀυθίσασ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα

Id est, stentori assimilis magnanimo, æneam vocem habenti qui tantũ clamauit, quantum alij 50 Vnde Iuuenalis, clamas vt stetora vincere possis, huiusmodi clamores inhumanos, si vsq; alibi, in ecclesijs cathedralibus audiuntur vbi nõ queritur, cantor quam doctus music⁹ sit, sed quantũ clamore ceteros excellat, vt nobis oli pueris, parthenopoli, alias magdurge in Saxonía, quendam referebant, etiam cũ bobus asuetũ, et in foro boario natum, sponsionem fecisse, se staturum in turri, & campanas ibidem, que magne sunt, propè dixerim maximæ, dum compulsarentur, omnes clamore suo superaturũ, & præstitit. Aderant tum qui ferebant eũ clamantem ad primũ lapidem auditũ fuisse, in huiusmodi, recte competit;

F in hoc

hoc distichon.

Stentora clamantē p̄ quīq̄ginta, putauit

Esse quidem fictū, p̄strepsit iste magis.

¶ Sape nimirum id vitij clamorem inquit
& accentū ineptum, (accentū inquam iēptū)
præ cæteris nationibus nobis exprobrari in-
dolui, Sed vt causam nostrā, nō nihil, & quoad
licet, adiuuē, ad excusandas excusationes in
peccatis, nesciūt pleriq̄, hunc patriū sermonē
nostrum, id est polonū, magna ex parte, nō a
latinis modo, verū etiam a græcis deriuatū, quo-
rum accentus, latino fere contrarius, nobis na-
turalis existit. omnes enim declinationū artis
culi, cum græcis sunt nobis cūmunes, omnem
insuper accusatiuū priorū nominū, habes-
mus in a, sicut quinte declinationis græca, vt
interim de diphthongis nōnullis taceā, vt pa-
tet in dictione παῦλοσ, hinc est quod in dictio-
nib⁹ organū tympanū, psalteriū, cythara cym-
balū et sexcentis alijs, velis nolis, cū græcis, pe-
nultimam acuit polona iuuentus, et senectus
prope dixerim, quarū dictionū accentus, in
antepenultimā cadit apud latinos, sic in sym-
bolo niceno, catholicam, apostolicam, ecclesiam
etiam antepenultimam acunt, sic omnia græ-
ca, pro latinis vsurpata, pronuntianda sunt,
quorū ē infinit⁹ fere numer⁹ episcop⁹ œconom⁹
angelus qui nobis in hac patria naturale est
quomodo

quo fit vt multa verborum portenta, mon-
straq; horrenda, latine loquentes admittimus,
& nedū in sermone cotidiano, verū & in sacris
ecclesiæ lectionibus: epistolarū & euangeliorū
accentibus, precipue tamen in psalmis, quos
tam barbare tam imperite canimus, vt nōnū
quam, alijs miserendi, alijs irridendi videamur
Sunt pleriq; qui modis omnibus, id vitij a se
excūtere laborant, tamē est vbi peccāt. Iuxta
illud Horatij.

Naturā expellas furca tñ vsq; recurret

Et male prumpet furtim vestigia victrix.

¶ Vnicū igitur et efficacissimū remediū, est
mutare patriam, vt soles capessendarū bonarū
literarū gratia, iuuenis nonnūq; aliena visere lo-
ca vbi, pculdubio, absq; labore, absq; regulis,
& sine huiusmodi præceptiunculis, linguam
facillime corriges, accentum emendes, adeo eti-
am, vt post paucos annos, vnū vel duos, rursum
tua regna videns, aliorū censor & iudex esse fa-
cile possis. id quod multorū in vtrameq; partē
docet experiētia, aut qd si nōnulli, oī iuuenes
alicuius poete lectione, prolationem t sermo-
nis emendassent, & tanq; lima, quani tate car-
minis, linguam correxissent, non tam crebro
hoc vitio laborarēt senes, teste Horatio, dicēte
Os tenerū pueri balbūq; poeta figurat

Torquet ab obscenis iā nūc sermonib' aures

F iij sermo

¶ Sermo satis obscenus imo ridiculus est, barbarus, et illegitimus seu irregularis accentus, itaq; nō male dixit, quicūq; tandem is fuit, a veritate haud aberravit.

Ambulat in tenebris errando clericus omnis
Qui sine metrorū lege, legenda legit.

¶ Nā multo iocundi⁹ orat canit et psallit, qui quantitatem et genus carminis intelligit, quia deprauata ab emēdatis facile secernit, literam aut syllabam nō coherentem, illico cognoscit et sic sub debito nūro et quantitate orationem perficit (Nam omnia in numero et mensura et pondere disposuit deus) Sicut enim antiphone (ἐξ ἀντι φωνῆ) vox reciproca) quę domino die dicuntur in matutinis horis, scz, pro fidei meritis vocitetur iure beatus legem qui domini meditatur nocte die q̄.

Sap̄. xi,

¶ Et que sequuntur antiphone, versus elegā-
tissimi sunt omnes, vt interim taceam de mul-
tis sanctorū historys carmine scriptis, sic quies
quid himnorū est in toto psalterio, carmen est
melicū, a poetis legitime natū, immo & totū
psalteriū. Hinc in prologo Biblię Hyeronim⁹
sub nomine simonidis, dauid ipsum, poetam
appellat, dicens, David, Simonides noster, Si-
cut enim Simonides, lyrica carmina scripsit
apud gręcos, sic David lyrico carmine psaltes-
tium modulatus est apud Hebręos.

Cum igitur

¶ Cum igitur ad profodiam, siue accentum; quantitates syllabarum, intelligere, sit necessarium, vtilissimū existimo, omnibus in scholis, insignem aliquē poetam, vtpote virgilium aut Horatiū, iuuentuti quotidie prelegere, carmina illorum sub aliqua melodia canere, vnde grāmaticā, vnde latinū sermonē, vnde deniq; quantitates syllabarū quas ad amussim poetę explanant, perdiscere possint, cuius crebra & frequenti lectione, debite recteq; pronuntiare, cantando, ne dicam ludendo insuescerent, sicut nos in Boetio & Horatio fecimus sex et viginti elegantissima carminū genera, quadris sonis numeris, id est quatuor vocū melodijs, adornauimus, cum eisdem, & alios nōnullos prelegeremus scholasticis, nostris.

¶ Hic hæresim (vt soles) optimū socordię tuę palliū pretexes, scio. Nisi enim poete essent legendi, immo ediscendi, primū vnicū sacrarū literarū lumē, Augustinus, nūq; dixisset de virgilio, in primo de ciuitate dei, p̄pterea eū parvuli legant, vt poeta magnus, et omnīū preclarissimns atq; optimus teneris imbibitus ānis, nō facile oblivione possit aboleri, Sic Hieronimus, altera ecclesię christiane columna, comēdicas legere, amatoria Buccolicorū versuū verba canere virgiliū vere esse necessarium pueris existimat,

Augu.

Hieron.

E v Quod

¶ Quod autē ad psalmos attinet, vt incorrupte decantent, maxima, quę in libro psalmodiarum est vtilitas, nos inducere debet, de quibus dicit diuus Chrisostomus.

Μᾶλλον συμφέρον τῷ κόσμῳ σφραδῆναι τον ἴλιον ἢ περ τῆ ἐκκλησίας ταυτην ὁσμᾶσαι μὴ ψάλλεσθαι

¶ Magis conferre mundo, obscurari solem, quā ecclesię hunc cotidie nō cano. Quare curet dominus, qui presidet, vt choris vicissim psallentibus altero canente choro, sit interim in altero, vel puer aliquis, qui versum stilo aut graphio indicet, eundem sub debito tenore et accētū succinat, fiat hoc primum, in psalmis vespertinalibus, qui pauci sūt, si quid peccatum fuerit, nō dissimilet aut silēdo pretereat cātor q̄ regit, aut psallētib⁹ p̄sident, nō nihil subirascat negligētib⁹ corruptū accētū sub eodē tenore ex pbret, pudorē obijciat, locū ipse repetēdo recte, emēdet obstrepentiū murmura nō curet, cum quinto maximo, non ponat rumores ante salutem, Dispeream, si hac adhibita diligentia, non multo post tpe, ab omnibus his vitijs totus emendabitur chorus, Deinde ad diuinas laudes, vtpote lectiones matutinales, hymnos psalmodiam, & tandē ad epistolarum, euangeliorum, & prefationū accentus, multo quam ante, paratior, atque instructior accedent quā quidem in re, dū hac in vrbe nostra Cracouiensi, scholarum

scholarum diuæ virginismarie, & templi eius
 dem insignioris, annos duos supra viginti ante
 signanū agerem⁹, quantū ope laboris & diligē
 tiæ, vt veri accentus ratio seruetur, impendi
 mus, aliorū iuditiū esto. Hic ridiculi cuiusdā
 cantoris mentionem faciar us oportet⁴ qui cā
 tare vicissim & pedre solebat. Talē cantorem
 vidimus illū, lætū & iocundum Cracouiæ, in
 omnibus angulis notū, qui totos dies per ta
 bernas errabat, ridens, et tanq̄ nouo canendī
 genere, sibi placens. Deniq; q̄t quot salus fecit
 tot stupos (notas) emisit quin eciam, ita ma
 luit dulciter ineptire, et passim rideri, quā hac
 iucūda infania liberari, & sibi restitui, (vt argis
 nus ille Horatianus) At ne hoc cuiquam, ex
 ano canre, impossibile videat^r, de ciuitate dei
 probat Augustinus nōnulli (inquit) ab imo sil
 ne pudore vllō, ita numerosos, pro arbitrio so
 nos ædūc, vt ex illa etiam parte cantare vide
 antur sic quidam (proh pudor) mallent si pos
 sent huiusmodi nugas & lycophantias strue
 re in sacris ecclesie canticis, & lectionibus, tur
 piter labi, a doctis irrideri & subsānari, quam
 accētū regulas discere, error ē suū emendare
 & regulariter canere.

¶ Tot passim abusus in cantu ecclesiastico,
 magna ex parte, pastorū eueniūt, tum negligē
 tia, tū perpetua ab ecclesijs eorum absentia in
 quos

ib. xliij.
 ca. xxliij.

91
Ezech. 9, quos recte competet illud Prophetæ O pas-
stor et idolum derelinquens gregem, qui itaq;
gloriantur sibi commissū gregem domini, primū
oportet eos memisse, a petro, ter exactū amo-
rem erga christum, diligis me plus his, vt intel-
ligas, nō quemlibet amorem, sed ardentio-
rem cœteris. ¶ Deinde ter item commissam
illi gregis dominici curā, pascere oues meas, illud
nimirum, significatum est, nō esse dignum sa-
cerdotio seu pastorali officio, nisi qui neglectis
omnibus, nihil amet nisi christū & gregem si-
bi commissū, Quidam autem ante dignitatis
adeptionem, fatis cōmendabiles extiterunt, sed
sup candelabrū ecclesiæ constituti, lucem in te-
nebras, et famam in infamiam conuerterunt
melius plerisq; esset, adhuc latere sub modio,
quam cū infamia candelabrum ascendisse, ad-
huc enim turpitudine eorū, sub paupertatis
obscurō lateret, nisi eam dignitas diuulgasset,
Iuxta illud satirici Iuuenalis,

Omne animi vitium tanto cospectius in se cri-
men habet, quanto qui peccat maior habetur,
¶ Quorum erat commissū sibi gregem, verbo
domini pascere, in vinculo pacis & vnitatis, mo-
dis omnibus seruare, cōcordiam alere, fraternā
charitatem, in ecclesia diu tentam retinere, nō
turbare, discordias excludē nō seminare, Proh
pudor, vnde tibi est tanta inconstantia mentis
Vnde

Vnde hæc tam fatui spicula cordis habes.
 Quid tales non audēt? vltro, nō vocati sese in-
 gerunt fauores principū virorū, adulationib⁹
 suis sibi conciliant, vt pastores legitimos eici-
 ant, vt sese contra innocentes tueantur et foue-
 ant, Hos immodice laudant, amplissimisq; nu-
 gis extollunt his palam in concionibus gra-
 tias agūt.

Et ex porrecto trutinantur verba labello.

¶ Verbum dei antea sp̄ alligatū, nūc tandem
 (ruptis retinaculis) factū esse liberū.

Peritus

Affensere viri.

¶ Vnde fit inquit Eras. Rot. Quoties acces-
 dit superbus doctor, facie, fastu turgida, fron-
 te torua, supercilijs adductis, oculis elatis, ore
 procaci, multo literarum, multo legū et consti-
 tutionū apparatu instructus, sic vt vndiq; exu-
 beret, clamitat nō suffecturum tempus
 Gestit enī nūmos in loculos dimittere, p⁹ hoc
 Securus, cadat an stat recto (fabula talo)

¶ Preterea contionem nō esse capacem, rerū
 tam sublimium, sese obrui copia. Nōne fieri
 videmus, vt contio discedat famelica? tantum
 abest vt quicq; supersit, hec ille, Proinde nihil
 periculosius, quam suscipe ministeriū verbi;
 quanta dubitas in conscientia, an tua voca-
 tio sit a deo, neq; enim frustra dictū est, Roga
 te dominū messis (non huius seculi principes)

Luce. x

vt mitta

vt mittat operarios in messem suam. Proinde
quid frontis est istis: qui principū fauore, non
per ostium, vt pastores, sed aliunde, vt fures
et latrones, ascendunt, quos dicere oportet, nō
que dei sunt, sed que principibus huius seculi

i. Co. ij.

pacent, Paulus vero dicit, loquimur sapien-
tiam nō huius seculi, sed loquimur dei sapien-
tiam, quam nemo principū huius seculi cog-
nouit, tales vt plurimū, discordiam et leditio-

Phillip. i

nes, excitant, teste apostolo, Quidam (inquit)
propter iuuidiam, & propter contentionem
prædicant, tales doctores multiplicant gentē,
sed nō magnificant læticiam, verū oportet nō
aliter tolerare tales, quam Rome pasquillos,
nisi quod pasquillus leuius insanit, & semel dū
taxat in anno, isti posthabitis rebus omnibus
nihil aliud moliantur, nouis sycophantijs con-
tidiæ, quam nouis fraudibus proximū circū-
uenire, quibus mentitatur plerūq; iniquitas sibi

46. disti

¶ Hos in moralibus his verbis arguit gre-
gorius hoc (inquit) habet propriū doctrina ar-
rogantium, vt humiliter nesciant inferre que
docent, et recta que sapiunt, etiam recte minis-
trare nō possunt, in verbis enim illorū prodi-
tur, quod cū docent, quasi in quadam tibi vi-
dent, summitatis culmine residere, eosq; quos do-
cent, vt longe infra se positos, velut in imo des-
piciūt, sed illud Pythagoricū *υποσ επι προνε*

hilo pendis

hilo pendis, quibus nō consulendo loqui, sed vix dominando dignatur hec Gregorius, q̄s autem spiritus agit illos parochos, qui suae quoq̄ fame et authoritatis dispendio, tamper tina cibus studijs, nūc vbi locorū, alios e loco & a cathedra sua conāt expellere, ipsi viderit Quid domini facient audent cū talia fures. Tal s parochos & ecclesiastes, peperit nob is hoc sæculo Luterus.

¶ Tales vt plurimū peccunjs nōnunq̄ adulationibus, et sceleratis principū obsequijs huc penetrant. Hæc est enim (ad bonifaciū inquit Augustinus) adulatorū conditio, nam ipse sp̄ pavidus apparet, semp̄ attentus, ne dicat quod displiceat, humilitatē simulat, honestatem mētitur affabilitatem exhibet, benignitatē ostendit, cunctos honorare studet, vniuersis inclinatur, frequentat curias, conuentus & festa visitat, optimatibus assurgit, & amplexatur diuersos, applaudit & adulatur, talis promptus est & feruidus, vbi placere cognouit, omnis adulator hypocrita est, remissus et tepidus, vbi putauerit displicere, improbat mala, detestatur iniqua, vt reputetur idoneus, vt laudet̄ ab omnibus, et a singulis approbetur, a talib⁹ est cauendum, cogitantes, quia dominū nō timent. Hæc Augustinus.

¶ His artibus mimicis & histrionicis adquiruntur

runtur hoc saeculo pinguiora sacerdotia. Huius
modi adulatoribus committitur gregis dominici
cura, Quid putas sic affectu curare si accen-
tus, si cantus, si denique totus dei cultus pereat,
immo o, si templa vetustate confecta corruant,
dummodo sibi census, et decimarum prouentus,
integer & saluus sit, animarum salutem aut pericu-
lum, suscipere denique ferunt, tales moriones nunc tes-
nent insigniores ecclesias, vix digni, quibus gre-
goriane taberne fundamenta credas.

Turpe quidem nescire viam qua ducere pastor

Debebis pecudes, turpeque pastor iners.

¶ Præterea, non stamus ut decet in domo do-
mini, in atrijs domus dei nostri ad templum, cum
apparatu solemnem, quando die festo venimus
spectatum magis quam oratum venimus, sed spes-
ctemur ut ipsi, cum longo ordine famulorum a-
latere stantium, totos in nos conuersos, tergo
(aliter dicere volui) ad sacrarium aut sacramen-
tum verso, cum sit eleuatio Diuinitissimi corporis
Christi, vix dignamur, vel alterum genua flecte-
re, et creatorem nostrum, qui se totum pro nobis
obtulit, post terga videre, sic lucet lux nostra
coram hominibus, sic vident exempla nostra
bona, quod sumus lucerna supra candelabrum
posita, et lucem omnibus quae in domo sunt, hoc nimi-
rum in re diuina Christiani facimus, quod etiam in
re profana, moleste fert gentilis homo Persius
dicens

¶ Quid iurat hos templis nostris inducere mores, qui potius ostendam, si volumus domi nre magnificentiã, verũ in templo dei cordis hu militatem & deuotionem, ne cũ phariseo da mnati, sed cũ publicano mereamur de templo, descendere iustificati, nam omnis qui se exal tat humiliabitur. &c.

¶ Quapropter inqu it propheta, O sacerdos Mal. i. tes, qui despicitis nomen meũ, offertis sup alta re meũ panẽ pollutũ, nõ est mihi voluntas in vobis, et munus nõ suscipiam de manu vestra, si nolueritis audire, et si nolueritis ponere super cor, ecce ego proijciam vobis brachiũ & dispergam super vultum vestrum sterqus solemnitatum vestrarum, vos recessistis; de via & scandalifastis plurimos, irritũ fecistis pa ctũ meũ, ppter quod ego dedi vos, cõtempti biles et humiles omnibus populis, sicut nõ ser uastis vias meas. Cap. ij.

¶ Sacerdos autem qualis esse debeat, quis sacris & canonicis in litteris, de honestate cleri corum, quæ iam nulla est, satis abunde pateat, vtinam tamen Ethnicorũ sacerdotũ similitudi nem aut imaginem saltem aliquã referremus, in sexto de legibus scribit plato, oportet inquit Plato, qui recte magistratũ accepturi sunt, ab adole scentia probatos fuisse, Sacerdos enim ille est comprobandus, qui integer sit atque legitimus.

G deinde

deinde a domo quam maxime munda, expers
 quoque cædis, omniumque huiusmodi, que aduer-
 sus rem diuinam committuntur, cuius pater et
 mater similiter vixerunt, que ad sacerdotum crea-
 tionem attinent, deo committenda sunt, quem
 admodum illi placet, ita diuina fortuna, cui tribu-
 tum est (esse sacerdotem) fortiter ferat, Hæc pla-
 to Et Tibullus quamuis gentilis et poeta lasci-
 uus, pontifices tamen et sacerdotes pollutos, a
 sacrificijs rejicit in secundo sic dicens.

Tibullus

Vosque abesse procul iubeo discedat ab aris

Cui tulit hesternæ gaudia nocte venus
 Casta placent superis, pura cum veste venite

Et manibus puris sumite fontis aquas

¶ Si apud gentiles sacerdotes, sacrificaturos,
 immundicia detestabilis fuit, quanto magis
 apud christianos, qui verum corpus christi su-
 munt, sumus autem ethnicorum et schismaticorum sa-
 cerdotibus, vita et moribus, non solum non
 equales, sed heu longe inferiores.

¶ Hæc de accentibus ecclesiasticis, quantum ad
 propositum nostrum, impresentiarum sufficiant,
 fortasse erunt, qui plura, si qua videbuntur a
 nobis omissa prædictis adicient, aut vtiliora
 dabunt, sed ne quid curiosis desit, adiecimus
 graecorum etiam et hebraeorum accētus de his namque
 et numero illorum, nonnunquam questio fieri solet
 etiam ab his, qui hos dialectos ignorant.

De accētibus

De accentibus graecorum.

193

μακρά	—	longum	—	ἠρώε
	tempus			
βραχέα	∪	breue	∪	θεός
οξεία	/	acutus	/	θεός
βαρῆα	\	tonus grauis	\	θεός
περισπωμένη	~	inflexus	w	θεός
δασυήα	c	asper	c	ἐλενη
	spiritus			
ψιλή	∩	tenuis	∩	ἔρωε

¶ Alij, syllabæ accidentibus passiones annu-
merant, lectionis adminicula, ad puncta pro-
prie pertinent, Est autem ἀπόστροφος, signum eli-
sæ vocalis, vt κυρί ἐλείσσον pro κυρίε ἐλέισσον, itē
ἦφεν subunio ∪ syllabarū contrahendarū no-
ta, vt qui κύβη, item ἦ ποδ' ἰασηολη, subdistinctio,
sub externa dictione ponitur dictionē alterā
ab altera diducens μηδέν, ἀγαν, ὅ, τι pro ὅτε

¶ Pauca de accentibus hebraicis.

¶ Habent hebrei in sua lingua triplicem ac-
centum, videlicet grāmaticū, quem ׀׀׀ the-
toricā, quē ׀׀׀ & musicū, quem ׀׀׀׀׀ vocāt

¶ Grammaticus est, quo dictio simplici pro-
nuntiatur voce, & hunc cuiuslibet dictionis

G ἦ prolatio

Requirat, quo vox resonet eminentior.

¶ Rhetoricus est quo dictio ornatè pronūciat

¶ Musicus quo modulatione quadam et harmonia dictiones proferuntur.

¶ Grammatici accentus nō habent aliquā propriā figuram vel signū in Biblia, sed eorū loco successerunt accentus musici.

¶ Versatur accentus rhetoricus circa dictiones, ornatus & suauitatis gratia, conducēs ad id, vt sciatur, quę syllabę breues vel longę veniant pronūciandę. Vnde ab hebræis meteg vocatur, id est retinaculū, est enim artificiosa spiritus retentio, debet namq; distincte & ornatè, siue loquendo, siue legendo, syllaba longa produci, et vox ipsa aliquanto retineri.

¶ Musicū accentū hebręi vocant begina, hoc est sonū, vel græco vocabulo tropū, vtuntur enim eo pro notis cantionū suarū, surrogātq; in locū grammatici accentus.

¶ Requirat autē omnis dictio vnū accentū siue fuerit rex siue minister, de musicis igitur accentibus, quidam dicuntur reges, qui scilicet sermonē distinguūt, et ad rectā intelligentiā quoslibet sententię versus ordinant, Alij vero qui regē precedūt, ministri vocātur. Domināt autē reges in oībus Biblię libris, p̄terq; in Iob prouerbijis & Psalterio. Reges numero sūt 18 ministri decem.

Sequuntur

Sequuntur nūc nomina et signa
siue characteres regum

Primus. 3	supra literam	שלשלה
Secund. 2	supra literam	סגלה
Tertius. 9	supra literam	הלשאה גדולה
Quart. 4	supra literam	פוד קטוד
Quint. 7	supra literam	פוד גדול
Sextus. 6	supra literam	טרס
Septim. 8	supra literam	טרסיום
Octau ⁹ . 5	infra literam	יהיב
Nonus. 1	infra literam	פשתא
Decim ⁹ . 3	supra literam	דקמ קטוד
Vndec. 11	supra literam	דקמ גדול
Duod. 12	infra literam	אתנחתא
Tredec. 13	supra literam	דקמ
Dec. qu. 14	ad latus	לגדמי
Dec. qu. 15	supra literam	דביע
Dec. sex. 16	infra literam	תביר
Dec. sep. 17	infra literam	טפחא
		Dec. octa.

Dec.oe. | infra literam סוף פסוק

Nomina & signa ministrorum.

Primus. \ supra literam אלה

Secund. / infra literam מרנא

Tertius. \ infra literam מאלה

Quart. 2 infra literam דודא

Quint. u infra literam אלה

Sextus. e supra literam מרישא הטבה

Septim. v infra literam שופר מרנא

Octav. < infra literam שופר מהפך

Nonu. > infra literam שופר עליו

Decim. 3 infra literam שופר מרנא



Schalscheles,



Thehucho godola.

Segu
Pazer catō



Regesch. Carne para. Pazer caton.
 ¶ Has ergo melodias ecclesia catholica (n^o
 fallor) sumpsit ab hebreis cū in septimana poe
 nosa, Threnis seu lamētationibus Hierem ie
 prophetae, iudeorū perfidiam, subuersionem
 vrbis Hierusalem, & iudææ captiuitatem
 deflet.



Alleph



Oratio pro Principe adolescēte
 ex oratione Salōmonis iij Regum iij
 iuxta formam supra prescrip̄ā
 G iij per cōmata

per Cōmata & Cola distincta,

mēbrū. **I** Omnipotens sempiterne deus
Tu regnare fecisti seruum pro patre meo
mēbrū. Ego autem sum puer paruulus
Ignorans egressus & introitū meum
mēbrū. Et seruus in medio populi quē elegisti
populi ifiniti, q̄ nūerari nō pōt p̄ multitudie
mēbrū. Da igitur seruo tuo cor docile,
Vt populū tuū iudicare possit,
cō solit. Et discernere inter bonū & malū,
Et em̄ quis erit cōsumat⁹ inter filios hominū
mēbrū. Si abfuerit ab illo tua sapientia,
mēbrū. In nihilum computabitur
Nisi tua sapientia dirigat eum,

Sequitur coronis.

Haec praecatio ad Buiū Stani
slau quā āno 1501 in aduētū nostro Crac
couiam composuim⁹ & quadrisonis numeris
donauimus, finem opusculi nostri statuat.

Exurgat omnis popul⁹ Christi inuocare mar
tyrem qui belliger in acie duxit triumphū no
bilem Stanisslaus dū corripit Boleslai facinora
laureatus in sanguine Christo litatur hostia.
Pater diue Stanisslae defensor noster in clytæ,
a telis malignātū nos tueare sedule, caulas tuas
incurfantes frange tua potentia, consolare nos
iugiter hostis remouens tædia.

Antistes

Antistes o p̄s̄t me nos serua tuos famulos,
 truces tortores deprime nostros cōfortās ani
 mos, dextera tua nos releuet, nobis ferens au
 xilium, contra nequam sacrilegos, presta hoc
 Redemptor gentium.

O gloriose pontifex tua per clara merita, cas
 lœua tue gentis, tuorū probra vindica, trium
 phare plebem tuam contra sectā gentilicā da
 quæsumus vt sumam⁹ ex his lætam victoriā


Præful dei sanctissime nostris faue præcatibus
 crudeles que carnifices, a nostris arce finibus
 Christi fidem impugnantes, radicitus exter
 mina, vt cum christo te laudemus in seculo
 rum sacula. AMEN.

Melodia huius, vt gaude mater Polonia. &c



H


DISCANTVS.



Ortus de Polonia Staniffa



us studia legit puerilia




studiosa mente.


TENOR.



Ortus de Polonia Staniffa



us studia legit puerilia



studiosa mente.

ALTA

ALTUS.



Ortus de Polo nia Stanis



staus studia legit pueris




lia studiosa mente.

CONTRA TENOR.



Ortus de Polo nia Stanis



staus studia legit pueris




lia studiosa mente.

H ij discantus

5	60
50	3
65	—
—	—

DISCANTVS.



Tandem christi uernula sublimatus inful




fit uirtutum formula domino fa




uente

Alleluia.

TENOR.



Tandē christi uernula sublimatus infula



fit uirtutum formula domino fa




uen te

Alleluia.

aalto

ALTUS



Tandem christi vernula sublimatus infu




la fit virtutū formula domino




fauente Alleluia.

CONTRA TENOR.



Tandem christi vernula sublimat⁹ infu



la fit virtutū formula domino fauens



te Alleluia

H iij

Habes

Ald Lectorem.

¶ Habes charissime lector, que nobis i presentiarū, de legitimo accentu, et de nōnullis abusibus, tecū agere digna visa sunt, in quibus noster tibi defudavit qualiscūq; labor, quem, vt nos in rem tuam suscepimus, sic te eundem æq̄bonicę cōsulere speramus, quod si putas hic nō nulla ex stomacho, vel probro dicta, falleris, non hæc loquimur, vt quenquam taxemus vtinam nulli sint, in quos hæc vere competant Sed memineris, quod alibi dicit sapiens, meliora esse vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis, quod si tecū expendes, errata emendes, & proculdubio intelliges, nos ex animo tibi fauere, & rebus tuis bene voluisse cōsulere. Bene vale & his interim fruiere.

Cautelae nōnullae circa accentum attendendae.

¶ Memineris quā vtiliter scriptū sit, cū p̄spexero nō confundar, Quare ad aram cātatur? antea sume librum, & vide, epistola & euangelium

Sm. M. M.
S. I. M.

Pro. 27
Domine ne in furore tuo
arguas me neq; in ira tua
corripas me.

gelium, quoties poscit accentū, id quod ex ca-
 pitali litera facile cognoscēs, dictionem quæ
 eandem capitalem literam præcedit, consyde-
 ra, monosyllaba sit, an disyllaba aut trisyllaba,
 Quod si regulā memoriter nō tenes, libellū in
 promptu habeas, qui te, quæ quæris accētū do-
 cebit, hoc si sæpicule feceris regulas facile me-
 moriē cōmendabis.

¶ Attendat epistolam aut euangelium legēs,
 quāritatū regulas cōmunes, vocales scilicet po-
 sitione longas, item diphthongos scz ae oe au
 eu, vbiq̄q; positas esse longas, item vocalem
 ante vocalem in latinis dictionibus esse breuē
 supra annotauimus.

¶ Quantitas penultime sillabæ, quæ in omni-
 bus prædictis regulis attenditur, si ignoretur,
 quanta sit, requirantur regulæ, in gramatica,
 de medijs syllabis tantū, monosyllabæ de vlti-
 mis querantur.

¶ Nota quod vnus, & diminutiū eius vll?
 & compositū nullus, solus totus, alius, ipse ipsi?
 vt dicit Seruius, penultimā genitiui natura p-
 ducūt, sed qñ opus est, videlicet in versu, corri-
 piunt, Alterius sp penultimā corripit, alius sp
 producit i in genituro.

¶ Meminerit lector, verborū infinitiuorū vn-
 de opus erit, verbi cōiugationē respicere, ama-
 re, docere, legere, audire, pueris olim nobis in

H iij scholis

scholis prælecta, & quæ verba penultimã aut
producunt, aut corripunt, non facies igitur, ex
ininitio, gaudere dactylum pedem, (vt soles)
gaudere, in collecta de domina. Sed antibachii
um gaudere, q̄ primas duas longas habet,

¶ Item hæc dictio omnipotens quæ millies
fere in collectis occurrit, antepenultimã, nõ pe
nultimam acuit, id est in i litera, quamuis bre
uis sit, accentũ habet, non in o litera penultima.

¶ In dictione virtutes, in præfatione cõmuni,
cotidie erras, nam dactylum semper pronun
tias, cũ tres syllabas longas habeat (moloſsum
pedem) secũda accentũ habet, eandem eleva.

¶ Regula etiam in latinis de accētibus datur,
quod in trissyllabis dictionibus et tetrasyllabis,
siue deinceps, si penultima brevis fuerit, ante
penultima acuitur.

Apoc. 7 ¶ Item in epistola, quæ legitur in die omniũ
sanctorum; duodeties repetitur hæc dictio si
gnati, quæ accentũ habet in penultima, audi
uimus qui epistolam eo die & per totam octa
uam publice cantauit, et huius verbi, primas
duas syllabas toties corripuit, nec deiceps emẽ
dari voluit, quo se prebuit, alijs ridendũ, alijs
miserẽdũ, fortasse, vt pphetia impleretur, quia
Pla. 101 tempus miserendi eius, quia venit tempus.

Math. 1 Item in euangelio quod legitur in die natiuita
tis marie, & per totam eiusdem festi octauam

hoc uerbū, genuit, fere quadragies repetitur;
 Dupliciter legere potes, si pronūctiabis anape-
 stū, primis duabus breuibus & vltimam lō-
 gam eleuando, non reprehendimus, etiam ali-
 te rin carmine stare nō potest, & quia accen-
 tū habet in ante penultima seu prima syllaba,
 potes legere quali dactilum, anapesto contra-
 rium, vbi verborum exigit ratio, vtrūq; est be-
 ne tolerabile.


¶ Etiam vbi idem accentus, saepe est & con-
 tinue repetendus, cautus sis, vt in epistola
 in die sancti Andreae, corde creditur ad iustiti- Romae
 am, vbi interrogatiuus iterū atq; iterum est re-
 petendus. Sic in euāgelio dominica quarta ad-
 uentus Miserūt iudei ab Hierosolimīs. &c.
 etiam interrogatiuus sepe venit iterandus, &
 aliā multa huiusmodi.

¶ Item notās breuiam⁹ aliquas, nō ob id tā-
 tum, quod breues syllabas idicāt, & quod ea-
 dem breuiare cōueniat, aut oporteat, verū ne
 lector eadem producat, quare, si legens episto-
 lam aut euāgelium eadem breuiare, aut cum
 alijs equaliter legere voluerit, arbitrio suo re-
 linquimus saltem non producat.

¶ Item de notis, quę in epistola et in euange-
 lio clausulam precedūt, an omnes in vnisono
 tenendę an aliquę in mi, & aliquę in fa canen-
 de id supra dixim⁹, id quā iudicio lectoris reli-
 quimus

quimus, non est: quod nimis de hoc sollicitus
 sis, ubiq; tamen magis grata varietas, omnem
 igitur clausulam, tam epistolarem quam euan-
 gelicam, a re incipi, sed per fa & mi continua-
 re amoenam & iocundam facit pronuntiationē
 ¶ Lectionalis accentus, in fa claus, vnisonū
 semper obseruat, absq; uarietate, de mi
 ad fa, ad terriā descēdit, et fit accentus
 medius, ubi cōsuetū est, & hoc
 in imperfecta sententia, aut
 ubi respirare oportet, in
 clausula vero pfecta
 ubiq; ad quintā
 descendit.

Finis Accentuum



1712

Err
 In t
 In e
 Item
 Item
 Item
 Item
 Inte
 ped
 Do
 Cur
 Qu
 No
 Mi
 Pro
 Dis
 Sus
 Qu
 Vid
 Vb
 Vid

208
54
Errata in hoc opusculo lector humanissime
(ut facis) boni consule.

In titulo epistolæ lege cōmendat, p comēdat.

In epistola conciliandæ pro concillandæ.

Item debetur, pro debent.

Item cœpit, pro, cæpit nempe œ pro æ.

Item perspicuitate, pro perspectitate. fo. ij. B

Item cū inelyta prole sua, p tua. fo. iij. B

Inter pfectam, (adde) et imperfectā. fo. v. B.

pedere p pedre. & canere, p canre. fo. vi. lité. f.

Doctrina sana p fama. fo. v. E.

Cunctis in reb⁹ solertiā, p prudētia. fo. v. E.

Qui nos dirigat, pro dirigit. ibidem.

Non potando (adde) res agitur, folio 7.

Minimum, pto nimium, ibidem.

Pro circa lege tanquam, folio ij. F.

Dissimulet, pro dissimilet. fo. v. F.

Suscipere lege, pro suscipe fo. 7. F

Quando dubitas, pro quanta folio. 7. F.

Videntur, pro uident, fo. 7. F.

Vbiq; locorū, pro vbi, fo. 8. F.

Videntur pro vident, fo. 8.

Cætera

¶ Cætera minora sunt quam admoneri aut
adnotari conueniat.

¶ Si preterea, quid immutatū, inuersum, vel
mancum, quod rarissimum est inuenies,
vel diphtongum omissam, aut
litera n duplicatam, pro
simplici positam &
ecōuerso qui no
ster ē mos
ueniam
dabis

Impressū Craccouiæ per Matthiam
Scharffenberg Impensis eius
propr̄is,



BIBLIOTH: UNIV:



JACELLONIAN

ant


, vel

s,



Biblioteka Jagiellońska


Wileńska



Biblioteka Jagiellońska



stdr0035624



Li. 5. 17. 18.

M. Geom.
Regniob.
sit.

De accen-
tuum eccles.
exquisita ra-
tione

Joan. viac.
apud H. Altes-
ferberg.

v. a.